IOANNIS ZONARAE
Magni Drungarij Biglæ, & primarij à ſecretis, Tomus ſecundus, quo Romana hiſtoria ab Vrbe condita uſque ad Conſtantinum Magnum, breuiter perſtringitur:

HIERONYMO VVOLFIO
interprete.

Cum rerum & uerborum memorabilium INDICE copioſo.



BASILEAE, APVD IOANnem Oporinum. 1557.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ ΧΡΟΝΙΚΟΝ.

περὶ τῆς ἀρχαιογονίας Ῥωμαίων.

ΡΩΜΑΙΩΝ δὲ μνησθείσης τῆς ἱστορίας, καὶ τούτοις κράτος ἀναθεμένης ἀήττητον, ἀναγκαῖον πάντως ἀπὸν καὶ διαλέξαι, ἃ ἀναμνῆσαι σὺν φροντίσι ἑρμηνεύσας τούτῳ δὴ τῷ συγγράμματι, τίνες ποτὲ οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ὅθεν τούτων τὸ ἔθνος συνέστη τὸ ἐξ ἀρχῆς, καὶ πόθεν τὴν κλῆσιν ἔσχε, καὶ τίσι πολιτείαις ἐχρήσατο, καὶ οἵαις τύχαις συνεκύρησε, καὶ ὅπως προβαίνοντες εἰς εὐδαιμονίας ἀκρότητα, ὡς μικροῦ δεῖν τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, καὶ τὸ κράτος κατὰ πάντων σχεδὸν ἀναδείξασθαι, καὶ ὅπως βασιλευθέντες ἐξ ἀρχῆς, εἰς ἀριστοκρατείαν ἤτοι δικτατορίας καὶ ὑπατείας μετέπεσον, καὶ εἰς δημοκρατείαν αὖθις μετῴκησαν, εἶτα εἰς μοναρχίαν ἐπανελήλυθε. ῥητέον μοι τοίνυν καὶ περὶ τούτων, καὶ διηγητέον, ὡς οἷόν τε ἐπιτέμνοντι τὸ πλάτος τῆς διηγήσεως, καὶ τὴν μακρηγορίαν συστέλλοντι, ἵν' ἂν εὐσύνοπτα τὰ τῆς ἱστορίας, καὶ τὴν τῶν ἐντυγχανόντων τοῦτε μνήμην μὴ διαφεύγοιεν.

περὶ λατίνων.

Αἰνείας μετὰ τὸν τρωϊκὸν πόλεμον πρὸς ἀβοριγῖνας ἀφῖκτο, οἳ πρώην τὴν χώραν ᾤκουν, καθ' ἣν ἡ ῥώμη πεπόλισται, λατίνου τοῦ φαύνου τότε τῆς τούτων ἀρχὴν ἔχοντος· καὶ προσέσχε λαυρέντῳ κατὰ τὸν νουμίκιον ποταμόν, ἔνθα κατά τι δὴ θεοπρόπιον λέγεται παρασκευάζεσθαι ποιήσασθαι τὴν κατοίκησιν. ὁ δὲ τῆς χώρας ἄρχων λατῖνος, ἀπείργειν τὸν αἰνείαν τὴν ἐν τῇ χώρᾳ καθίδρυσιν, καὶ συμβαλὼν ἡττᾶται. εἶτα δι' ὀνειράτων φανέντων ἀμφοῖν καταλλάττονται, καὶ τῆς κατοικήσεως αὐτῷ παραχωρεῖ. καὶ τὴν θυγατέρα λαβινίαν εἰς γάμον ἐκδίδωσιν, ἔνθα πόλιν ὁ αἰνείας οἰκοδομήσας, ὠνόμασε λαβίνιον, ἡ δὲ χώρα λάτιον ἐπεκλήθη, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ἐκεῖ λατῖνοι προσηγορεύθησαν.

περὶ ῥουτούλων.

ῥουτοῦλοι δὲ ὁμοροῦντες τῇ χώρᾳ ἐκ πόλεως ἀρδέας ὁρμώμενοι, καὶ πρόσθεν δυσμενῶς ἔχοντες πρὸς λατίνους, καὶ τότε πόλεμον ἤραντο, ἐπαρήγοντος αὐτοῖς καὶ τύρνου, ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς, καὶ τῷ λατίνῳ προσήκοντος, ὃς δι' ὀργῆς τὸν λατῖνον πεποίητο διὰ τὸν λαβινίας γάμον· ἐκείνῳ γὰρ ἡ κόρη προωμολόγητο. μάχης οὖν γενομένης, πίπτουσιν ὅ τε τύρνος καὶ ὁ λατῖνος· τὴν δὲ νίκην ὁ αἰνείας ἐκτήσατο, καὶ τὴν τοῦ πενθεροῦ βασιλείαν. μετὰ δέ τινα χρόνον συμμαχίας ἐκ τυρρηνῶν οἱ ῥουτοῦλοι τυχόντες, ἐπῆλθον τῷ αἰνείᾳ, καὶ τὸν πόλεμον ἐνενικήκεσαν.

ὅπως ὁ αἰνείας ἠφανίσθη.

ἀφανὴς δὲ ὁ αἰνείας γενόμενος (οὔτε γὰρ ζῶν ἐφάνη ἔτι, οὔτε μὴν τεθνεώς) ὡς θεὸς παρὰ λατίνοις τετίμητο. ἐντεῦθεν καὶ τοῖς ῥωμαίοις τοῦ σφετέρου γένους ἀρχηγέτης νενόμισται, καὶ αἰνεάδαι καλεῖσθαι αὐχοῦσι. τὴν δὲ τῶν λατίνων ἀρχὴν ὁ ἐκείνου υἱὸς ἀσκάνιος διεδέξατο, ὃς οἴκοθεν συνείπετο τῷ πατρί. οὐδέπω γὰρ ἐκ τῆς λαβινίας παῖδα ἐγεγένητο, ἔγκυον δ' αὐτὴν καταλέλοιπε. τὸν δὲ ἀσκάνιον κατακλείσαντες οἱ πολέμιοι, ἐπολιόρκουν. νυκτὸς δ' οἱ λατῖνοι αὐτοῖς ἐπιθέμενοι, τήν τε πολιορκίαν ἔλυσαν, καὶ τὸν πόλεμον.

περὶ ἄλβας τῆς πόλεως, [illegible]

χρόνου δὲ διεληλυθότος πληθυνθέντες οἱ λατῖνοι, τὴν μὲν πόλιν τὸ λαβίνιον οἱ πλείονες ἐξελελοίπεσαν, ἑτέραν δ' ἐν ἀμείνονι χώρᾳ ἀνῳκοδόμησαν.

IOANNIS ZONARAE ANNALES.

De Romanorum primordijs.

Romanæ hiſtoriæ procemiũ.

IAM cum Romanorum mentionẽ fecerit hiſtoria, eiſq; potẽtiam inuictã tribuerit: omnino neceſſarium eſt dicere ac docere, aut admonere Lectores, qui ſint Romani, quæ gentis origo, unde nomen habeat, quibus Rerumpublicarum formis uſa, quibus caſibus iactata ſit, quibus rationib. ad ſummam felicitatem aſcenderit, ut ton ferè terrarum orbi imperarit, ſuamq; poteſtatem ad omnes penè propagarit: & ut principiò regibus paruerit, ac pòſt ad optimatium poteſtatem, ſiue dictaturam & conſulatum reciderit: deinde rurſus ad Democratiã deuoluta, mox ad Monarchiam ſit reuerſa. De his igitur etiam dicẽdum eſt, prolixitate narrationis, quantum fieri poteſt, in compendium contracta, uitataq; uerborum multitudine: ut hiſtoria & facilè intelligi, & memoria teneri queat.

Aeneæ res in Italia geſtæ.

Aeneas poſt Troianum bellum ad Aborigines uenit, qui eam regionem, in qua Roma ſita eſt, olim tenuerunt, Latino Fauni filio regnante: & Laurenti iuxta fluuium Numicium appulit, ubi ex oraculo quodam conſidére uoluit. Quod eius loci rex Latinus prohibiturus, commiſſo prælio uincitur. Deinde per ſomnia, quæ uterque uiderant, reconciliati ſunt: ac Latinus conceſſo habitandi loco, filiam Lauiniam Aeneæ in matrimonium collocat, de cuius nomine urbem à ſe conditam Aeneas Lauinium nominat: regio Latium, populus Latini appellati. Rutuli gens finitima, urbe Ardea oriundi, antè infenſi Latinis, tum quoque bellum intulerunt, adiuuante Turno uiro illuſtri, cognato Latini, cui ob Lauiniæ nuptias iratus erat, ſibi prius deſponſæ. Pugna inita & Latinus & Turnus cadunt, Aenea & uictoriam & ſoceri regnum adepto. Aliquanto pòſt Rutuli, aſcitis Tyrrhenorum auxilijs, Aeneam uicerunt: qui cum neque uiuens neque mortuus uſquam uideretur, à Latinis pro deo cultus eſt. Hic Romanæ quoque gentis author perhibetur, Aeneadum appellationem honorificam ſibi ducentis. Aeneæ in regno Latinorum Aſcanius filius, Troia patrem ſecutus, ſucceſſit. Necdum enim filium ei Lauinia pepererat, prægnans relicta. Cum Aſcanium hoſtes obſiderent, Latini eos noctu adorti, & obſidionem & bellum propulſarunt. Annis aliquot elapſis, abundante Lauinij multitudine, plerique eo relicto, Albam longam in loco meliore con-

Alba lõga.

diderunt. Aſcanio defuncto, Latini Syluium Aeneæ ex Lauinia filium, in regno, Aſcanij filio, propter aui Latini memoriam, prætulerūt. Sylųius Aeneam creat, is deinde Latinum, Latino ſucceſsit † Padys. Tiberinus, qui pôſt regnauit, in fluuio Albula ſubmerſus eſt: qui fluuius Romam perfluens, & urbi ad plurimos uſus opportunus atq; utiliſsimus, ab illo Tyberis nomē accepit. E Tyberini poſteris ortus eſt

† Atys

Amulius. Amulius, homo ſuperbus, ſeq; pro Deo uendi tare auſus: qui cum machinis quibuſdam tonitrum tonitribus, fulgura fulguribus referret, ac fulmina jacularetur, ſubita inundatione paludis, ad quā habitabat, perijt, unà cum regia demerſus. Luentinus filius eius in bello cæſus eſt. Atq; hæc de Lauinio & Albanis. Romani uerò ortū duxerūt à Numitore & Amulio Luentini nepotibus, Aeneæ poſteris. Ad quos cum Albani regni ſucceſsio pertineret, regnū & pecuniam diuidere uoluerunt. Amulius igitur regno ſeorſim poſito, ac pecunia inde, optione fratri alteriuſutrius data, Numitor ut natu maior, regnū elegit. Amulius uerò pecunia accepta, eôparatisq; copijs, etiam regnum ſibi uendicauit. Numitoris filiæ, ueritus ne ex ea nati filij contra ſe inſurgerēt, cum eam Veſtalē legiſſet, perpetua uirginitate ſpem partus adimit. Sed pôſt compreſſa à Marte, ut fabulantur, ab homine utiq; aliquo, & in cuſtodiā data, ne fœtum clam ederet, gemellos magnos & elegantes peperit. Qua re magis territus Amulius, infantes exponi iuſsit. Quos miniſter alueo impoſitos, in Tyberim fluuium abijcit. Cæterùm alueo in locum mollem delato, lupam ferunt infantibus mammas præbuiſſe, & picum martium cuſtodem acceſsiſſe, qui eis bolos in ora ingeſſerit. Infantes illic ſitos, Fauſtulus Amulij ſubulcus clam ſublatos, uxori Laurentiæ educandos dedit: alterumq; Romulum, alterum Remum appellauit. Quidā aſſerunt (idq; probabilius, atq; adeò uerius eſt) non lupā eorum nutricem fuiſſe: ſed Laurentiā uulgato corpore lupam uocatam, locum fabulæ dediſſe. Cum primùm adoleuit ætas, ambo animoſi & fortes euaſerunt: ſed Romulus ingenio præſtare uiſus, & ad imperandum quàm ad obtemperandum aptior habitus eſt. Exorta igitur inter Numitoris & Amulij paſtores rixa, fratres illos cædunt, & magnā armenti partē abigunt. Poſtridie Numitoris paſtores Remū cū paucis alijs ambulantē ex inſidijs adorti, ad Numitorem pertrahūt: qui Amuliū fratrē precatus eſt, ut ſibi ius ſuū tribueretur, ab illius domeſticis inſigni affecto iniuria. Is Numitori Remū ad ſupplicium dedit. Qui domū regreſſus, cum adoleſcentē magnitudine & robore præſtantē uideret, eiusq; fidentiā, & minimè ſeruilē indolē miraretur,

Numitor.
Amulius.
Rhea.
Romulus.
Remus.

προσωνόμασαν, ἣν Ἄλβαν ἐκ τῆς λευκότητος, καὶ ἀπὸ τοῦ μήκους λόγγαν ἐπωνόμασαν, ὥσπερ ἂν εἴποι λευκὴν καὶ μακράν. Ἀσκανίου δὲ τελευτήσαντος, οἱ Λατῖνοι τὸν ἐκ τῆς Λαουινίας τοῦ Αἰνείου υἱὸν εἰς τὴν βασιλείαν προετιμήσαντο τοῦ Ἀσκανίου παιδός, διὰ τὸν πάππον τὸν Λατῖνον τοῦτον προκρίναντες, Σιλούιον κεκλημένον. ἐκ Σιλουΐου δὲ ἐτέχθη Αἰνείας, ἐξ Αἰνείου δὲ Λατῖνος ἐγένετο, Λατῖνον δὲ διεδέξατο ὁ Πάδης. Τιβερῖνος δ' ἄρξας μετέπειτα, ἐν ποταμῷ καλουμένῳ Ἀλβούλᾳ πεσών, διεφθάρη· ὃς διὰ ποταμὸς Τίβερις ἐξ ἐκείνου μετωνομάσθη, ῥέων διὰ τῆς Ῥώμης, καὶ ἐν τῇ πόλει πολλαχοῦ παρήκων, καὶ Ῥωμαίοις ὢν τὰ μάλιστα χρησιμώτατος. ἔκγονος δὲ τοῦ Τιβερίνου Ἀμούλιος, ὃς ὑπερφρονήσας καὶ θεοῦν ἑαυτὸν τολμήσας, ὡς βροντάς τε ταῖς βρονταῖς ἐκ μηχανῆς ἀντιπαταγεῖν, καὶ ἀντιαστράπτειν ταῖς ἀστραπαῖς, φὸ σκήπτειν τε κεραυνούς, διεφθάρη, τῆς λίμνης παρ' ᾗ τὰ αὐτοῦ βασίλεια ἵδρυτο ὑπερχυθείσης αἰφνίδιον, καὶ καταποντισάσης ἐκεῖνόν τε καὶ τὰ βασίλεια. Λαουεντῖνος δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐν πολέμῳ ἀπέθανεν. καὶ ταῦτα μὲν περὶ Λαουινίας καὶ Ἀλβανῶν. τὰ δὲ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐσχήκασι τὸν Νουμίτορά τε καὶ τὸν Ἀμούλιον, οἱ Λαουεντίνου μὲν ἐγένοντο υἱωνοί, τοῦ δὲ Αἰνείου δὲ ἀπόγονοι. τῆς γοῦν ἐν Ἄλβῃ βασιλείας κατὰ διαδοχὴν περιελθούσης αὐτοῖς, νείμασθαι ταύτην ἠθέλησαν καὶ τὰ χρήματα. τοῦ Ἀμουλίου τοίνυν ἰδίᾳ μὲν τὰ χρήματα θέντος, ἰδίᾳ δέ γε τὴν βασιλείαν, καὶ ἐξ ἀμφοῖν τὸν ἀδελφὸν προτρεψαμένου, ὃ πρὸς βουλῆς αὐτῷ ἀναλέξασθαι, τὴν βασιλείαν εἵλετο ὁ Νουμίτωρ, ἅτε καὶ πρεσβύτερος ἀδελφός. λαβὼν δὲ τὰ χρήματα ὁ Ἀμούλιος, καὶ δύναμιν ἐκ τούτων περιβαλόμενος, καὶ τὴν βασιλείαν ἀφείλετο. θυγατρὸς δὲ τῷ Νουμίτορι οὔσης, δείσας μὴ παῖδες ἐξ αὐτῆς γένοιντο, καὶ κατεξαναστῶσιν αὐτοῦ, ἱέρειαν τῆς Ἑστίας ἐκείνην ἀπέδειξεν, ἄγαμον διὰ τοῦτο, καὶ παρθένον διὰ βίου μέλλουσαν ἔσεσθαι. ἡ δὲ κύουσα ἐφθαρμένη μετέπειτα ὑπὸ Ἄρεος, ὡς μυθεύεται, ὑπ' ἀνθρώπου δὲ πάντως τινός. εἴρχθη οὖν διὰ τοῦτο, ἵνα μὴ λάθῃ τεκοῦσα, καὶ ἔτεκε διδύμους παῖδας, μεγάλους τε καὶ καλούς. μᾶλλον δὲ φοβηθεὶς ὁ Ἀμούλιος, ἐκέλευσε τὰ βρέφη ῥιφῆναι. καὶ ὁ ταῦτα λαβὼν σκάφῃ ἐντιθέμενος, ἐμβάλλει ἐν τῷ ποταμῷ τῷ Τιβέριδι. παρασύραν δὲ τὴν σκάφην τὸ ῥεῦμα, εἴς τινα χῶρον κατήνεγκε μαλθακόν. ἔνθα κειμένοις τοῖς βρέφεσι, λύκαιναν ἱστοροῦσι προσιοῦσαν θηλὴν παρέχειν αὐτοῖς, καὶ ὄρνιν δρυοκολάπτην παρεῖναι ταῦτα ψωμίζοντα καὶ φυλάττοντα. ἐκεῖ δὲ κείμενα τὰ βρέφη λαβὼν ἀφείλετό τις Ἀμουλίου συοφορβός, Φαυστοῦλος καλούμενος, καὶ παρὰ τῆς ἐκείνου ἐτράφησαν γυναικός, ᾗ ὄνομα Λαυρεντία· καὶ ὁ μὲν Ῥωμύλος, ὁ δ' ἕτερος Ῥῶμος ἐκλήθησαν. τινὲς δὲ μὴ λύκαιναν εἶναί φασι τὴν τῶν παίδων τροφόν, ὃ καὶ πιθανώτερον καὶ ἀληθέστερον μάλιστα, ἀρχὴν δὲ τὸν λόγον οὕτω λαβεῖν. λούπας καλοῦσι Ῥωμαῖοι τάς τε λυκαίνας, καὶ τὰς ἑταίρας. πορνευομένη δὲ ἡ Λαυρεντία ἡ τοὺς παῖδας θρέψασα, καὶ λοῦπα διὰ τοῦτο καλουμένη, χώραν τῷ μύθῳ παρέσχετο. αὐξανόμενοι δὲ θυμοειδεῖς ἦσαν, καὶ ἀνδρεῖοι ἀμφότεροι. ὁ δὲ Ῥωμύλος ἐδόκει συνέσει διαφορώτερος, καὶ ἡγεμονικὸς μᾶλλον τὴν φύσιν, ἢ πειθαρχικός. γενομένης δέ ποτε πρὸς τοὺς Νουμίτορος βουκόλους τοῖς τοῦ Ἀμουλίου διαφορᾶς, συγκόπτουσιν αὐτοὺς οἱ ὅμαιμονες, καὶ τῆς ἀγέλης συχνὴν ἀποτέμνονται μοῖραν. μόνον δὲ τὸν Ῥῶμον μεθ' ἡμέρας σὺν ὀλίγοις ἄλλοις βαδίζοντα, οἱ τοῦ Νουμίτορος βουκόλοι λοχήσαντες, συνέλαβον αὐτόν, καὶ ἀπήγαγον πρὸς Νουμίτορα· καὶ ὃς πρὸς Ἀμούλιον ἐλθών, ἐδεῖτο τυχεῖν δίκης ἀδελφὸς ὤν, καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων αὐτοῦ ὑβρισμένος. ὁ δὲ παραδίδωσι τῷ Νουμίτορι τὸν Ῥῶμον, ὡς βούλοιτο κολάσασθαι. ὃς οἴκαδε ἐλθών, καὶ τὸν νεανίσκον ὁρῶν ὑπερφέροντα μεγέθει καὶ ῥώμῃ, καὶ τὸ θαρραλέον αὐτοῦ καὶ ἀδούλωτον τῆς ψυχῆς θαυμάζων,

πόθεν Τίβερις ὁ ποταμὸς τὴν ὀνομασίαν ἔσχε.

ὅπως ὁ Ἀμούλιος ἐθεοποίει ἑαυτόν.

ὅτι ἀπὸ Νουμίτορος καὶ Ἀμουλίου ἔσχε τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν.

ὅτι δίδυμοι ἦσαν Ῥῶμός τε καὶ Ῥωμύλος, οἱ ἐκ γυναικὸς λουπῆς ἐτράφησαν, ὡς φασί τινες λύκαινα.

πόθεν ἐκλήθη Ῥῶμός τε καὶ Ῥωμύλος.

θαυμάζων, ἀνέκρινεν ὅστις ὢν, καὶ ὅθεν γένοιτο, φωνῇ πρᾳείᾳ. ὁ δὲ θαρρῶν ἔλεγεν, ὡς δίδυμοι εἶεν ἀδελφοί· γοναὶ δὲ αὐτῶν ἀπόρρητοι λέγονται, καὶ τροφαὶ καὶ τιθηνήσεις θαυμασιώτεραι, θηρίοις καὶ οἰωνοῖς τραφέντων παρὰ τὸν μέγαν ποταμὸν, ἐν σκάφῃ τινὶ κειμένων, ἣ ἔτι σώζεται, χαλκοῖς ὑποζώσμασι, γραμμάτων ἀμυδρῶν ἐγκεχαραγμένων. ὁ μὲν οὖν νομήτωρ τοῖς τε λόγοις τοῦ ῥώμου, καὶ τῇ ὄψει πρὸς ἔννοιαν ἦλθε τῆς ἐκθέσεως τῶν τῆς θυγατρὸς γεγονότων παίδων. ὁ δὲ φαυστοῦλος τὴν τοῦ ῥώμου μαθὼν σύλληψιν, τὸν μὲν ῥωμύλον βοηθεῖν παρεκάλει, τότε σαφῶς διδάξας αὐτὸν περὶ τῆς γενέσεως. πρότερον γὰρ ὑπῃνίττετο, ὥστ᾽ αὐτοὺς μὴ μικροφρονεῖν. αὐτὸς δὲ τὴν σκάφην κομίζων ἐχώρει πρὸς τὸν νομήτορα, σπουδῆς καὶ δέους μεστός. τοῖς δὲ περὶ τὰς πύλας τοῦ ἀμουλίου φρουροῖς ὑφορώμενος, καὶ ταραττόμενος περὶ τὰς ἀποκρίσεις, οὐκ ἔλαθε τὴν σκάφην τῇ χλαμύδι περικαλύπτων. ὑπολαβόντες δὲ κλοπιμαῖόν τι φέρειν αὐτὸν, εἰς μέσον τὴν σκάφην προήγαγον. ἐτύγχανε δέ τις παρὼν ἐκεῖ τῶν τὰ παιδία ἐκθεμένων, ὃς τὴν σκάφην γνωρίσας, δρομαῖος φράζει τῷ ἀμουλίῳ. καὶ ὁ φαυστοῦλος ἀνακρινόμενος παρὰ τοῦ βασιλέως, σώζεσθαι μὲν τοὺς παῖδας κατέθετο, πόρρω δὲ τῆς ἄλβας νέμοντας εἶναι. τὴν δὲ σκάφην πρὸς τὴν ἰλίαν κομίζειν τὴν τῶν παίδων μητέρα, ποθοῦσαν ἰδεῖν. τεταραγμένος δὲ τούτοις ἀμούλιος, ἄνδρα πρὸς τὸν νομήτορα πέπομφε, πυνθανόμενος εἴ τι μάθοι περὶ τῶν παίδων ὡς περιόντων. ἦν δὲ τῶν φίλων ὁ πεμφθεὶς τοῦ νεμήτορος. ἀπελθὼν οὖν, καὶ ἐν περιπλοκαῖς τοῦ ῥώμου εὑρηκὼς τὸν νομήτορα, παραθαρρύνει τε, καὶ μὴ μέλλειν αὐτοῖς συνεβούλευε, καὶ αὐτὸς δὲ συνεπράττεν. ἤδη δὲ ὁ ῥωμύλος ἐγγὺς ἦν, χεῖρα συχνὴν ἀγροικικὴν ἐπαγόμενος, καὶ τῶν πολιτῶν δὲ αὐτῷ οὐκ ὀλίγοι προσέθεντο, μίσει τοῦ ἀμουλίου, ὃς οὕτω τῶν πραγμάτων συνενεχθέντων, οὐδὲν οὔτε πράξας, οὔτε βουλεύσας σωτήριον, ἀνῃρέθη. ῥωμύλος μέντοι καὶ ῥῶμος τὴν τῆς ἄλβας ἡγεμονίαν τῷ μητροπάτορι νείμαντες, καὶ τῇ μητρὶ τιμὴν πρέπουσαν, καθ᾽ ἑαυτοὺς ᾤκησαν (οὔτε γὰρ ἠνείχοντο ἄρχεσθαι) καὶ πόλιν ἀναστῆσαι ἔνθαπερ ἐτράφησαν ἤθελον. ὡρμημένοις δὲ πρὸς τὴν τῆς πόλεως δόμησιν διαφορὰ συνέβη τοῖς ἀδελφοῖς, περί τε τῆς ἀρχῆς, καὶ περὶ τῆς πόλεως, καὶ διὰ μάχης ἐχώρησαν, ἐν ᾗ ὁ ῥῶμος ἀπέθανεν. ἕτερος δὲ λόγος ἐστὶν, ὡς τοῦ ῥωμύλου ἤδη τάφρον ὀρύττοντος, ἣ τῆς πόλεως εἶναι περιτείχισμα ἔμελλεν, τὰ μὲν ἀπεῖργε τὸ ἔργον ὁ ῥῶμος, τὰ δὲ ἐχλεύαζεν, καὶ τέλος διήλλετο αὐτὴν, ὡς εὐπεριχείρητον, οἱ μὲν ῥωμύλου πατάξαντος, οἱ δὲ ἑτέρου τινὸς ἱστοροῦσι τεθνάναι. ἔθος καὶ νενόμισται, τὸν στρατοπέδου τάφρον τολμήσαντα διελθεῖν παρὰ τὰς συνήθεις ὁδοὺς, ἀποκτενοῦσθαι. ὁ δὲ ῥωμύλος θάψας τὸν ἀδελφὸν, ᾤκιζε τὴν πόλιν, καὶ βοῦν ἄρρενα συζεύξας θηλείᾳ, καὶ ἄροτρον ὕνιν χαλκῆν ἐμβαλὼν, αὐτὸς μὲν αὔλακα βαθεῖαν κυκλοτερῆ περιέγραφεν, οἱ δ᾽ ἑπόμενοι τὰς βώλους, ἃς ἀνίστη τὸ ἄροτρον, εἴσω πάσας τῆς αὔλακος περιέστρεφον, καὶ ὅπου μὲν ἔμελλε τὸ τεῖχος ἀνίστασθαι, καθὼς εἴρηται, ἡ αὖλαξ ἐτέτμητο. ἔνθα δὲ πύλας ἐνοικοδομεῖσθαι ἔμελλον, διάλειμμα ἐποιοῦντο τῆς αὔλακος, τὸ ἄροτρον ἀνέχοντες ὑπέρθεν. πᾶν μὲν γὰρ τεῖχος νομίζουσιν ἱερόν. τὰς δὲ πύλας εἴπερ ἡγοῦντο ἱεράς, οὐκ ἂν τὰ μὲν δι᾽ αὐτῶν εἰσάγειν, τὰ δὲ ἐκπέμπειν τῶν ἀναγκαίων, καὶ μὴ καθαρῶν. ἡ δὲ κτίσις τῆς πόλεως ταύτης ἡμέρᾳ τετέλεσται τῇ πρὸ ἕνδεκα καλανδῶν μαΐων, ἣ ἂν εἴη εἰκοστὴ ἀπριλλίου· καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην ἑορτάζουσι ῥωμαῖοι, γενέθλιον τῆς πατρίδος.

Ὁ ἀναγνωρισμὸς ῥώμου καὶ ῥωμύλου.

Ἀναίρεσις ἀμουλίου.

Θάνατος ῥώμου, καὶ ὅτι ὑπερπηδήσαντα τὴν τάφρον τοῦ στρατοπέδου τινὰ ἀναιρεῖσθαι ὁρίσειε παρὰ τὸ σύνηθες.

Ἔκτισε ἀνεγείρας τὸ τεῖχος τῆς ῥώμης.

Ὅτι τὰ τείχη ἱερά, οὐ μὴν αἱ πύλαι.

Πότε ἡ ῥώμη ἐκτίσθη, καὶ πότε τὸ

miraretur, leni uoce, quis & unde natus eſſet, rogat. Ille interritus reſpondet, ſe geminos fratres eſſe: natales ſuos arcanos eſſe, nutricationem & alimoniam mirabiles memorari, ferarum & uolucrum miniſterio, cum iuxta magnum flumen in alueo iacérent, qui adhuc extaret, æreis laminis deuinctus, obſcuris literis inciſis. Numitori ex Remi uerbis & uultu tetigit animum memoria filiorum filiæ, qui expoſiti fuiſſent. At Fauſtulus Remi captiuitate cognita, Romulum ad opem fratri ferendam hortatur: aperteq; docet, ut nati eſſent. Nam prius per ambages id ſignificarat, ne humilib. eſſent animis: ipſe cum alueo ad Numitorem territus properat. Cum autem cuſtodibus ædiū Amulij ſuſpectus eſſet, ac in reſponſionibus uacillaret, & alueum ueſte tegere ſatageret, latére illos non potuit: quin eum furtiui aliquid ferre opinati, alueum in mediū proferrent. Tum autem ibi quidam eorum aderat, qui pueros expoſuerant: qui alueo agnito, ad Amulium accurrit, & rem nunciat. Fauſtulus à rege interrogatus, pueros incolumes eſſe reſpōdit, ſed procul ab Alba pecudes paſcere. Alueum uerò ſe afferre Iliæ puerorum matri, eum uidere deſideranti. His turbatus Amulius, quendam ad Numitorem mittit, percontatū, an ſuperſtites eſſe pueros audiuiſſet? Is uerò, quem miſerat, Numitoris amicus erat: qui cum ſenem in Remi amplexu inueniſſet, eis animos addidit, & rem maturare iuſsit: atq; ipſe etiam adiumento fuit. Iam Romulus quoq; aderat in proximo, cum magna agreſtium manu: ad quem ciuium quoq; non pauci, odio Amulij ſe contulerant. Hoc rerum ſtatu Amulius, nihil ſalutaris conſilij operis ue molitus, occiditur. Romulus & Remus, Albana re Numitori auo permiſſa, & iuſto honore matri habito, ſuo more uiuere (neq; enim ferebant imperium) decreuerunt: & urbem, quo in loco educati eſſent, condere uoluerunt. Eam rem aggreſsis fratribus, diſcordia inceſsit de principatu, & de urbe: ortaq; pugna Remus occiditur. Alia fama eſt, Romulo foſſam fodiente in munimentū urbis, Remum id opus partim prohibuiſſe, partim deriſiſſe, ac deniq; tranſiliſſe, ut ſuperatu facilē: eaq; de cauſa uel à Romulo, uel ab alio ictū cecidiſſe. Vnde receptum ſit, qui foſſam caſtrorum præter ſolitas uias tranſierit, capite plecti. Romulus uerò fratre ſepulto urbem condidit: & tauro uaccæ iuncto, æreoq; uomere aratro inſerto, ipſe ſulcum profundū in orbē terræ impreſsit: qui ſequebantur, glebas ab aratro euerſas omnes intra ſulcum repoſuerunt. Ac ubi murus extruendus erat, ſulcus, ut dictum eſt, ductus fuit: ubi uerò portas extruere inſtituerunt, aratro ſurſum elato, ſulcū interruperūt. nā omnem murum ſanctum cenſent. Si uerò portas etiam ſanctas cēſerent, nō utiq; res neceſſarias & immūdas, per eas uel inferre uel efferre liceret. Vrbis ædificatio XI Cal. Maij, hoc eſt, XX Aprilis eſt abſoluta: qui dies Romanis feſtus eſt, &

Romæ ædificatio.

patriæ natalis appellatur: quo tempore memorant Romulum XVIII annorum fuiſſe, & urbem eo in loco, ubi Fauſtulus habitarit, qui Palatium diceretur, condidiſſe. Ea perfecta, qui militari ætate erãt, eos in legiones inde dictas, quòd bello apti ex omnibus legerentur, diſtribuit: reliqui, populi nomine cenſebantur, & apud Iureconſultos plebeia educatio popularia uocantur. Habebat autem tum legio ter millenos pedites, & trecentenos equites. Ex illuſtrioribus genere, prudentia, & inſtituto uitæ, C creat ſenatores, quos Patricios nominauit: eorumq; cœtum, Senatum. Senatores porrò appellati fuere patricij, ſiue quòd ingenuorum liberûm patres eſſent: ſeu potius quòd patres ſuos demõſtrare poſſent, nobili quiſq; ortus genere: ſiue à patrocinio, & ope ferẽda. Verùm is proximè ad Romulum mentẽ accedere uideri queat, qui eum nomine patriciorum ſignificare uoluiſſe crediderit, principibus & potẽtiſsimis ciuitatis humiliores patria cura complectẽdos eſſe: ſimulq; plebẽ eò perducere ſtuduiſſe, ne ſuperiorũ honoribus inuideret, ſed faueret potius ijs quos patres & putaret, & appellaret. Cum autẽ in ciuitatẽ multi recepti eſſent cœlibes, Romulo curæ fuit, ut illi quoque uxores nanciſcerẽtur. Sed quia cõuenæ ob ſtirpem inopẽ atq; obſcurã à uicinis populis ſpernebantur, conſiliũ init raptu parãdi coniuges ſuis ciuibus: & rem diuinã, ludorumq; celebritatem indicit, quaſi ara noui dei inuenta eſſet. Quò cum multi cõueniſſent, ipſe cum optimatibus preſidens, purpura cõſpicuus, eam populo teſſerã dedit, ut cum purpurã explicaſſet, ac rurſus cõplicaſſet, rem aggrederentur. Quo facto, ſtrictis enſibus, & cum clamoribus impetu facto, Sabinorũ filias uirgines, nullas autem uxores rapiebant. Ob id facinus Sabini, populoſa gens, & bellicoſa, quæq; ob animorũ magnitudinem, ut Lacedæmoniorũ colonos par eſt, pagos ſine muris incolebat, per legatos à Romulo petierunt, ut uiolentia reſciſſa, uoluntate & lege amicitia inter ipſos, & affinitas contraheretur. Romulo uerò puellas non reddente, ſed poſtulãte, ut Sabini cõiugia probarent: alijs cõſultando tempus trahẽtibus, Acron Ceninenſium rex, uir iracũdus & bellicoſiſsimus, prior armis arreptis magnas copias contra Romulũ ducit. Cum ambo in propinquo eſſent, uterq; alterũ ad pugnam prouocat, quieſcentibus exercitibus. In eo ſingulari certamine Romulus Acronẽ obtrũcat: cõmiſſoq; prælio eius exercitũ fũdit, fugatq;, urbẽ capit: neq; tamẽ ciues alia clade afficit, quàm ꝙ dirutis ædibus, ſe Romã ſequi iuſsit, ciues futuros, & æquo iure uſuros. Deinde etiã alij Sabini Romanos bellis aggreſsi, & ſuperati, demũ Tatio duce creato, Romæ bellũ intulerunt: & Capitoliũ à Tarpeia, eius qui arci præerat filia, ꝓditũ ceperũt. Quæ

Legiones. *Patricij.* *Raptus Sabinarum.* *Bellum Ceninenſe.* *Bellum Sabinum.*

πατρίδα ὀνομάζοντες. ἀπογεγράφασι δ' εἶναι Ῥωμύλον ὀκτωκαιδεκαέτη, ὅτε τὴν Ῥώμην συνῴκισεν. ἔκτισε δὲ αὐτὴν περὶ τὴν τοῦ Φαυστύλου οἴκησιν, ὠνόμαστο δ' ὁ χῶρος Παλάτιον. κτίσας μέντοι τὴν πόλιν, ὅσον ἦν ἐν ἡλικίᾳ στρατεύσιμον πλῆθος ἐτύγχανεν, εἰς στρατιωτικὰ διεῖλε συντάγματα, ἕκαστον δὲ σύνταγμα πεζῶν τρισχιλίων ἦν καὶ τριακοσίων ἱππέων. ἐκλήθη δὲ λεγεών, ὅτι λογάδες ἦσαν ἐκ πάντων οἱ μάχιμοι. τοῖς δ' ἄλλοις δήμῳ ἐκέχρητο, καὶ τὸν δῆμον ποπούλους ὠνόμασεν, ὅθεν καὶ παρὰ ταῖς βίβλοις ταῖς νομικαῖς ποπουλάρια κέκληται ἡ δημοτικὴ ἀγωγή. τῶν μέντοι ἐπιφανεστέρων γένει τε καὶ συνέσει, καὶ βίου αἱρέσει, ἑκατὸν ἀπέλεξε βουλευτάς, πατρικίους ὀνομάσας αὐτούς, τὸ δὲ σφῶν λοιπὸν σύστημα σενᾶτον προσηγόρευσεν, ὃ δηλοῖ γερουσίαν. πατρίκιοι μέντοι οἱ βουλευταὶ ἐπεκλήθησαν, ἢ ὅτι παῖδας ἦσαν γνησίων πατέρων, ἢ μᾶλλον ὅτι αὐτοὶ πατέρας ἑαυτῶν ἐπιδεῖξαι ἠδύναντο, ἕκαστος ἐκ γένους ὢν γνωρίμου· ἢ ἀπὸ τῆς πατρωνείας. οὕτω δ' ἐκάλουν τὴν προστασίαν, πάτρωνας γὰρ τοὺς κηδεμονικοὺς καὶ βοηθητικοὺς προσηγόρευον. μάλιστα δ' ἄν τις κατεστοχάσατο τῆς τοῦ Ῥωμύλου διανοίας, εἰ οἴοιτο διὰ τῆς κλήσεως ταύτης ἐμφαίνειν, χρῆναι τοὺς πρώτους καὶ δυνατωτάτους τῆς πόλεως πατρικῇ κηδεμονίᾳ κήδεσθαι τῶν ταπεινοτέρων, ἅμα δὲ καὶ τὸν δῆμον ἐνάγειν διὰ τῆς τῶν πατρικίων προσηγορίας εἰς τὸ μὴ ἄχθεσθαι ταῖς τῶν κρειττόνων τιμαῖς, ἀλλ' εὐνοϊκῶς διακεῖσθαι, νομίζοντας πατέρας αὐτούς, καὶ προσαγορεύοντας. πολλῶν δὲ τῇ πόλει συνοικισθέντων, ὀλίγαι γυναῖκες συνεζεύγνυντο, φροντὶς ἦν Ῥωμύλῳ ἐγγέγονεν, ἵνα κἀκεῖνοι γυναῖκας ἑαυτοῖς συνοικίσωσι. σύγκλυδες δὲ καὶ ἐξ ἀπόρων ὄντες, καὶ ἀφανῶν, ὑπερεωρῶντο πρὸς κῆδος παρὰ τῶν γειτνιόντων ἐθνῶν. βουλεύεται τοίνυν ἐξ ἁρπαγῆς λαβεῖν γυναῖκας τοὺς πολίτας αὐτοῦ, καὶ κηρύσσει θυσίαν καὶ ἀγῶνα καὶ θέαν μέλλειν ἐπιτελεῖν πανηγυρικήν, ὡς βωμοῦ εὑρημένου θεοῦ καινοῦ. καὶ πολλοὶ συνῆλθον, αὐτὸς δὲ προυκάθητο μετὰ τῶν ἀρίστων, ἁλουργίδι κεκοσμημένος. δέδωκε δὲ τῷ δήμῳ τὸ τῆς ἐγχειρήσεως σύμβολον, τὴν τῆς ἁλουργίδος διάπτυξιν, καὶ αὖθις ταύτης περιβολήν. οὗ γενομένου σπασάμενοι τὰ ξίφη, μετὰ βοῆς ὥρμησαν, καὶ ἥρπαζον τὰς θυγατέρας τῶν Σαβίνων παρθένους, οὐ μέντοι γυναῖκας τινῶν. τολμηθείσης δὲ τῆς ἁρπαγῆς, οἱ Σαβῖνοι πολλοὶ καὶ πολεμικοὶ ὄντες, καὶ κώμας ἀτειχίστους οἰκοῦντες, διὰ τὸ μέγα φρονεῖν, ὡς Λακεδαιμονίων ἄποικοι, πρεσβείαν πρὸς τὸν Ῥωμύλον πεποίηνται, λῦσαι τὸ τῆς βίας ἔργον ζητοῦντες, πειθοῖ δὲ καὶ νόμῳ πρᾶξαι τοῖς γένεσι φιλίαν καὶ οἰκειότητα. τοῦ δὲ Ῥωμύλου τὰς μὲν κόρας μὴ προϊεμένου, ἀξιοῦντος δὲ τὴν κοινωνίαν δέχεσθαι τοὺς Σαβίνους, οἱ μὲν ἄλλοι βουλευόμενοι διέτριβον· Ἄκρων δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν Κενινητῶν, θυμοειδὴς ἀνήρ, καὶ πολεμικώτατος, προεξανέστη, καὶ μετὰ πολλῆς ἐχώρει δυνάμεως ἐπὶ τὸν Ῥωμύλον. ὁμοῦ δὲ γεγονότος, ἀλλήλους προυκαλοῦντο μάχεσθαι, ἀτρεμούντων τῶν στρατευμάτων. τῆς γοῦν μονομαχίας ἀμφοῖν γενομένης, καταβάλλει μὲν ὁ Ῥωμύλος τὸν Ἄκρωνα, τρέπεται δὲ καὶ τὸ ἐκείνου στράτευμα, μάχης συγκροτηθείσης, καὶ τὴν πόλιν αἱρεῖ, οὐ μέντοι γε αὐτῇ κακόν τι δέδρακεν, ἀλλ' ἢ μόνον ἐκέλευσε τὰς οἰκίας καθελόντας, ἀκολουθεῖν εἰς Ῥώμην αὐτῷ, ὡς πολίτας ἐσομένους, καὶ τῶν ἴσων ἀξιωθησομένους. εἶτα καὶ ἄλλοι τῶν Σαβίνων τοῖς Ῥωμαίοις ἐμαχέσαντο, καὶ ἡττήθησαν. ἐπὶ τούτοις οἱ λοιποὶ τῶν Σαβίνων τὸν Τάτιον στρατηγὸν ἀποδείξαντες, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐστράτευσαν, καὶ τὸ Καπιτώλιον εἷλον, προδοθὲν ὑπὸ Ταρπηΐας τῆς θυγατρὸς τοῦ φρουράρχου.

[illegible Greek marginal notes]

ἐκείνη

διόλου, ὑπὸ σχῆμα λαβοῦσα τοὺς βραχιονιστῆρας σαβίνων, ἐπὶ μισθῷ τῆς προδοσίας ἐπιβαλόντες τῷ θυρεῷ, ἀπέκτειναν αὐτήν.

ἐκείνη γὰρ ἐφ' ὕδωρ κατελθοῦσα, συνελήφθη, καὶ ἤχθη πρὸς Τάτιον, καὶ ἀναπείθεται προδοῦναι τὸ ἔρυμα, τῶν χρυσῶν βραχιονιστήρων ἐφιεμένη, οὓς ἐν ταῖς ἀριστεραῖς ἐφόρουν χερσὶν οἱ σαβῖνοι, καὶ μισθὸν ὑπὲρ τῆς προδοσίας αὐτοὺς λαβεῖν ἀπαιτήσασα. συνθεμένου δὲ τοῦ τατίου, νύκτωρ μίαν πύλην ἀνοίξασα, τοὺς σαβίνους ἐδέξατο. εἰσελθὼν δὲ ὁ τάτιος, ἐκέλευσε τοὺς ὑπ' αὐτὸν ὅσα ἐν ταῖς ἀριστεραῖς χερσὶν ἔφερον διδόναι αὐτῇ, καὶ πρῶτος αὐτὸς τὸν βραχιονιστῆρα τῇ ταρπηΐᾳ ἐπέρριψε, καὶ τὸν θυρεόν. τοῦτον δὲ ὁμοίως ποιούντων, βαλλομένη τῷ τε χρυσῷ, καὶ καταχωσθεῖσα τοῖς θυρεοῖς, ὑπὸ πλήθους καὶ βάρους ἀπέθανεν. ἔργῳ οὖν οὗτος ἐποίησεν, ὃ λόγοις ὕστερον εἶπεν ὁ Καῖσαρ
" καὶ ὁ ἀντίγονος· ὁ μὲν γὰρ προδοσίαν, ἔφη, φιλῶ, προδό-
" την δὲ μισῶ· ὁ δὲ ἀντίγονος, προδιδόντας μὲν ἀσπασίως
" ἔφη προσίεσθαι, προδεδωκότας δὲ ἀπεχθάνεσθαι. ληφθείσης δὲ τῆς ἄκρας ὑπὸ τῶν σαβίνων, μάχη καρτερὰ συνερράγη μέσον αὐτῶν καὶ ῥωμαίων, ἐν ᾗ πολλοὶ μὲν ἔπεσον, ὁ δὲ ῥωμύλος ἐπλήγη λίθῳ τὴν κεφαλήν. ἔτι δὲ μάχεσθαι παρασκευαζομένους τοὺς σαβίνους ἐπέσχον αἱ ἡρπασμέναι θυγατέρες αὐτῶν, ἄλλοθεν ἄλλαι μετὰ βοῆς καὶ ὀλολυγμοῦ ἐφεῖσαι αὐτοῖς, αἱ μὲν νήπια πρὸς ταῖς ἀγκάλαις κομίζουσαι, αἱ δὲ τὴν κόμην περιεχόμεναι λελυμένην, πᾶσαι δὲ ἀνακαλούμεναι τοῖς φιλτάτοις ὀνόμασι ποτὲ μὲν τοὺς σαβίνους, ποτὲ δὲ τοὺς ῥωμαίους. ἐπεκλάσθησαν οὖν οἱ ἐναντίοι, καὶ διέστησαν αὐταῖς ἐν μέσῳ στῆναι τῶν στρατοπέδων, καὶ κλαυθμὸς ἅμα διὰ πάντων ἐχώρει. διαλεχθεισῶν δὲ τῶν γυναικῶν, συνῆλθον εἰς λόγους οἱ ἡγεμόνες, καὶ συνέθεντο τῶν μὲν γυναικῶν, αἳ βούλονται, τοῖς ἔχουσι συνοικεῖν, παντὸς ἔργου καὶ πάσης λατρείας πλὴν ταλασίας ἀφειμέναι, οἰκεῖν δὲ τὴν πόλιν ῥωμαίους καὶ σαβίνους κοινῇ, καὶ καλεῖσθαι αὐτὴν ῥώμην ἐκ ῥωμύλου, κυρίτας δὲ ῥωμαίους ἀπὸ τῆς τατίου πατρίδος κυρίτης· βασιλεύειν δὲ κοινῇ, καὶ στρατηγεῖν ἀμφοτέρους. ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ τὰς συνθήκας ἔθεντο, καλεῖται κομίτιον, τόπος δηλαδὴ συνελεύσεως, κόμιρε γὰρ ῥωμαίοις τὸ συνελθεῖν λέγεται. προσκατελέχθησαν δὲ τοῖς πατρικίοις ἐκ τῶν σαβίνων ἕτεροι ἑκατόν. ἐβουλεύοντο δὲ οἱ βασιλεῖς οὐκ εὐθὺς ἐν κοινῷ μετ' ἀλλήλων, ἀλλ' ἑκάτερος πρότερον ἰδίᾳ μετὰ τῶν ἑκατόν, εἶτα εἰς τὸ αὐτὸ πάντες συνεγένοντο. ἔτει δὲ πέμπτῳ τῷ τατίου ῥωμύλῳ συμβασιλεύειν, συγγενεῖς αὐτοῦ πρέσβεσι καθ' ὁδὸν ἐντυχόντες, εἰς ῥώμην ἐκ λαυρέντου βαδίζουσιν, ἐπεχείρουν ἀφαρπάσαι βίᾳ τὰ χρήματα ἃ ἐπήγοντο, καὶ μὴ προϊεμένους, ἀλλ' ἀμυνομένους ἀνεῖλον. ὁ μὲν οὖν ῥωμύλος κολάσαι τοὺς ἀδικήσαντας ἐψηφίζετο, ὁ δὲ τάτιος ὑπῆγε καὶ παρῆγε, καὶ τοῦτο μόνον ὑπῆρξεν αἴτιον σφίσι διαφορᾶς ἐμφανοῦς. οἱ δὲ τῶν ἀνῃρημένων οἰκεῖοι μὴ τυγχάνοντες δίκης, ἐν ἀλβανῷ θύοντα μετὰ ῥωμύλου τὸν τάτιον προσπεσόντες κτιννύουσι, τὸν δὲ ῥωμύλον ὡς δίκαιον ἄνδρα σὺν εὐφημίαις προέπεμψαν. οὐ μὴν ἐτάραξε τοὺς σαβίνους ὁ φόνος τοῦ ἄρχοντος σφῶν, ἀλλ' οἱ μὲν εὐνοίᾳ τῇ πρὸς ῥωμύλον, οἱ δὲ φόβῳ τῆς δυνάμεως ἄκοντες διετέλουν. εἶτα λοιμὸς ἐνέπεσε τῇ ῥώμῃ, θανάτους αἰφνιδίους ἀνθρώποις ἐπιφέρων νόσων χωρίς, καὶ ἀφορίαν καρπῶν, καὶ θρεμμάτων ἀγονίαν. ὕσθη δὲ καὶ σταγόσιν αἵματος ἡ πόλις. ὅμοια δὲ καὶ τοῖς λαυρεντίοις συνέβαινον. ἐδόκει τοίνυν διὰ τὸν τατίου φόνον, καὶ τοὺς παρὰ τῶν σαβίνων ἀνῃρημένους πρέσβεις κυνηλατεῖν τὰς πόλεις δαιμόνιον μήνιμα. ἐκδοθέντων δὲ τῶν φονέων, καὶ κολασθέντων, ἐλώφησαν τὰ δεινά. ῥωννυμένων δὲ τῶν πραγμάτων ῥωμαίοις, οἱ μὲν ἀσθενέστεροι τῶν περιοίκων ὑπείκοντο, οἱ δυνατοὶ δὲ οὐκ ᾤοντο δεῖν περιορᾶν, ἀλλὰ κωλύειν τὴν αὔξησιν.

ὅτι κοινῇ ῥωμαῖοι καὶ σαβῖνοι τὴν πόλιν ᾤκησαν, καὶ ῥώμην ταύτην ἐκάλεσαν.

φόνος τατίου.

περὶ τῶν ἐν ῥώμῃ γεγονότων λοιμῶν διὰ τὸν τατίου φόνον, καὶ τῶν πρέσβεων.

πρῶτοι

Quæ cum aquam petitum extra mœnia iuiſſet, ad Tatium perducta, perſuaderi ſibi ſiuit, ut arcem prodat: Sabinos'que aureas armillas, quas læuo brachio habebant, pacta, una porta accipit. Tatius ingreſſus, ſuos quicquid læua geſtarent, Tarpeiæ dare iuſsit, ac ipſe primus armillam & ſcutum in eam cõiecit: quod cum omnes facerent, auri ſcutorumq́ multitudine oppreſſa expirat. Hic igitur re ipſa declarauit, quod Cæſar & Antigonus pòſt ſermone uſurparunt. Nam alter ſe proditionem amare, «
proditores odiſſe: alter, eos qui prodant, beni- «
gnè admittere: qui prodiderint, ſe auerſari di- «
xit. «
Arce à Sabinis capta, pugna uehemẽs inter eos & Romanos exarſit: in qua multi ceciderunt, Romulus lapide caput ictus eſt. Sabinos uerò ad urgendum prælium paratos, raptæ ipſorum filiæ inhibuerunt, aliæ aliunde cum clamore & ululatu progreſſæ, partim infantes in ulnis geſtantes, partim paſſum capillum prætendentes: omnes uerò ſuauiſsimis nominibus, nunc Sabinos, nunc Romanos inclamantes. Mouit ea res hoſtes, ut dirempta acie mulieres in medio ſtare paterentur, nemine non plorante. Ac mulierum uerbis adducti duces, colloquio habito, pepigerunt, ut matronæ quæ apud maritos manere uellent, omnis operis, omnisq́ miniſterij, præterquàm lanificij, immunes eſſent, & Sabini æquo iure cum Romanis uiuerent: ipſaq́ urbs à Romulo Roma, populus Quirites, à Curibus Tatij patria, uocaretur: & ambo regnũ ac militare imperium conſociarent. Locus in quo fœdus ictum eſt, à coeundo, ſeu commeando, Comitium appellatur. Ex Sabinis c in patricios lecti ſunt. Reges uerò non ſtatim communiter, ſed cum ſuis uterq́ centum patribus ſeorſim deliberarunt: deinde in locum unum omnes conuenere.

Tatius cum Romulo regnat.

Anno quinto Tatij cum Romulo regnantis, propinqui regis Tatij, Laurentium legatos Romam ituros in itinere ſpoliare aggreſsi, repugnantes, & ſe ſuaq́ defendẽtes occiderunt. Ac Romulo iniurios puniendos eſſe decernente, Tatio pœnam eludente & differente, reges hac una in re apertè diſſenſerunt. Cæſorum propinqui, iure negato, Tatium in Albano cum Romulo ſacrificantem, concurſu facto interficiũt: Romulum, ut uirum iuſtum, laudibus proſequentes. Sabinos ſui ducis cædes non turbauit, quo minus partim beneuolentia erga Romulum, partim eius potentiæ metu, parerent. Deinde Romæ peſtilentia laboratum, hominibus ſine morbis repentè morientibus, ac ſterilitate agrorum & pecudum, & ſanguineæ guttæ depluerunt. Cum Laurentibus etiam ſimilia accidiſſent, opinio fuit, numen cædis Tatij & legatorum, quos Sabini trucidaſſent, exigere pœnas. Homicidis ad ſupplicium deditis, mala illa deſierunt. Creſcentibus Romanorũ uiribus, ex finitimis populis imbecilliores cedebãt. Potẽtibus uerò nõ conniuendum eſſe ratis, ſed incremẽta prohibẽda,

Tatij cædes.

Cædes legatorum & Tatij expiata.

primi

Veientium bellum. primi Tyrrhenorum Veij occupant bellum facere. Congreſsi, multisq́ amiſsis, pactione inducias in C annos impetrarunt, L ex optimatibus obſidibus datis. His ſuperatis Romulus triumphauit: atque inde mirandis ſucceſsibus elatior & grauior factus, relicta mutataq́ populari conſuetudine, ſe ad odioſæ & moleſtæ monarchiæ habitum conformauit, tunicam purpuream, & togam prætextam induere, & rubris calceis uti ſolitus, & in ſolio reclinatus reſpondere: multosq́ iuuenes, quos Celeres uocabat, ſemper iuxta ſe habuit, & lictores ante ſe, baculis turbam ſummouentes, & lora gerentes, quibus uincirent homines, iuſsi à rege. Vt autem auo Numitore mortuo, Albanoq́ regno ad ipſum pertinente, Rempublicam ad conciliandos populi animos libertate donauit, & quotannis principem Sabinis deſignauit: Romani proceres ad cupiditatem popularis liberæq́ Reipublicæ ſunt incitati. Neque enim patriciorum ulla erat in rebus gerēdis autoritas, ſed nomen duntaxat & habitū regi accommodabant: cum conſuetudinis potius ergò, quàm ſentētiæ dicendæ cauſa in curiam uocati, Romulum decernentē taciti audirent: nulla re ſuperiores cæteris, niſi quòd quæ ille decreuiſſet, primi audiebant. Ea re cum dignitatē Senatus imminuere uideretur, ac paulo pòſt in terris eſſe deſiſſet, patres ſuſpicione haud caruerunt. Nam cum ad Capræ paludem concionem haberet, fertur obſcurato ſole nox extitiſſe, cum horrendis tonitribus & procellis. Interea turbam diffugiſſe, proceres uerò ſeſe conglobaſſe. Tempeſtate ſedata, populoq́ rurſus congregato, quæſitum eſſe Romulum: ſed potentes de eo quæri uetuiſſe, atq́ omnes hortatos eſſe, ut eum ad deos raptum uenerarentur & colerent, Deum pro bono rege futurum. Ac uulgus his uerbis acquieuit, ſpe bona præditum. Quidam autē ſuſpectos habuere patres, & exagitauere, ut qui uulgo inane cōmentum perſuaderent, cum ipſi Romulū diſcerpſiſſent. *Romuli interitus.*

Proculi Iulij commentum de Romuli ſpectro. Ac ij negociū faceſsiſſent potētibus, niſi Proculus Iulius eques, & genere & moribus probatiſsimis, ac Romulo fidus, pro cōcione iureiurando affirmaſſet, Romulū ſibi auguſtiorem ſolito, in armis ſplendidis atq́ fulgētibus apparuiſſe: ſeq́ illum percontatū eſſe, quamobrē Senatum in atrocia crimina, ciuitatē in luctū coniecisſet: eum uerò reſpōdiſſe: Dijs ita uiſum, ut
» tantū tēporis inter mortales eſſet, atq́ in cœlū,
» unde ueniſſet, reuerteretur. Abiret, ac nuncia-
» ret Romanis, ſi modeſtiā & rem militarē cole-
» rent, ad ſummum humanæ potentiæ faſtigium
» aſcenſuros: ſe uerò eis propitium ſore Quiri-
» num. Hæc dicenti, tum ob iuſiurandū, tum ob autoritatem uiri, tanta fides fuit, ut nemo refragaretur: omniq́ ſuſpicione & calumnia amota, Quirino uota facerent, numine eius inuocato. Hoc autē cognomentū Romulo factum traditur, uel ob ciues, qui Quirites appellabantur: uel ab haſta, quā ueteres quirim uocitarūt.

Quirinus

πρῶτοι δὲ τυῤῥηνῶν οὐήιοι ἀρχὴν ἐποιήσαντο πολέμου. συμβαλόντες οὖν, καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντες, ὁμολογίαν ἐποιήσαντο, καὶ φιλίαν ἐπ᾽ ἐνιαυτοὺς ἑκατόν, ἐκ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς ἀρίστων παρέχοντες εἰς ὁμηρείαν πεντήκοντα. ἐθριάμβευσεν οὖν τούτους νικήσας ῥωμύλος, ὅστε ἐπαρθεὶς ταῖς παραλόγοις εὐτυχίαις, καὶ βαρυτέρῳ φρονήματι χρώμενος, ἐξίστατο τοῦ δημοτικοῦ, καὶ παρήλλαττε, καὶ εἰς ἐπαχθῆ μοναρχίαν, καὶ λυποῦσαν ἀπὸ τοῦ σχήματος ἑαυτὸν ἐσχημάτιζεν. ἁλουργῆ μὲν γὰρ ἐνεδύετο χιτῶνα, καὶ τήβεννον ἠμπίσχετο περιπόρφυρον, καὶ πεδίλοις ἐκέχρητο ἐρυθροῖς, καὶ ἐν θρόνῳ ἀνακλίτῳ καθήμενος ἐχρημάτιζεν. ἦσαν δὲ περὶ αὐτὸν ἀεὶ καὶ τῶν νέων συχνοί, οὓς κέλερας προσηγόρευον, ὃ κατὰ τὴν τῶν ῥωμαίων διάλεκτον δηλοῖ τοὺς ταχεῖς, καὶ πρόσθεν ἐβάδιζον ἕτεροι βακτηρίαις τὸν ὄχλον ἀνείργοντες ἐζωσμένοι ἱμάντας, ὥστε συνδεῖν οὓς κελευσθῶσι. ἐπεὶ δὲ νομίτορος τοῦ πάππου εἰς τὸ ἐν ἄλβῃ τελευτήσαντος ῥωμύλῳ προσήκουσα ἡ βασιλεία, αὐτὸς εἰς μέσον ἔθηκε τὴν πολιτείαν δημαγωγῶν, καὶ κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἀπεδείκνυεν ἄρχοντα τοῖς σαβίνοις. ἠρέθισεν οὖν ἐν ῥώμῃ δυνατούς, ἀβασίλευτον ζητεῖν, καὶ αὐτόνομον πολιτείαν. οὐδὲ γὰρ οἱ καλούμενοι πατρίκιοι πραγμάτων μετεῖχον, ἀλλ᾽ ὄνομα καὶ σχῆμα ἦν αὐτοῖς, ἔθους ἕνεκα μᾶλλον ἢ γνώμης ἀθροιζομένοις εἰς τὸ βουλευτήριον· ὅτε ῥωμύλου προστάττοντος, ἠκροῶντο σιγῇ, καὶ τοῦ πρὸ τῶν ἄλλων τὸ δεδογμένον ἐκείνου μαθεῖν πλέον ἔχοντες τῶν λοιπῶν, ἀπηλλάττοντο. ἐδόκει οὖν τὴν γερουσίαν παραλογίζειν· διὸ αὐτὴ ὕποπτος ὤφθη, μετ᾽ ὀλίγον ἀφανοῦς γενομένου ῥωμύλου. λέγεται γάρ, ἐκκλησίαν ἄγοντος αὐτοῦ περὶ τὸ καλούμενον αἰγὸς ἕλος, τὸν μὲν ἥλιον τὸ φῶς ἀπολιπεῖν, νύκτα δὲ κατασχεῖν, βροντάς τε δεινὰς συμβῆναι, καὶ πνοὰς ἀνέμων ζάλην ἐγειρούσας. ἐν δὲ τούτῳ τὸν μὲν ὄχλον φυγεῖν, τοὺς δὲ δυνατοὺς συστραφῆναι μετ᾽ ἀλλήλων. ἐπεὶ δ᾽ ἐκ τοῦ ἀέρος ταραχῆς λωφησάσης, καὶ αὖθις πάλιν ὁμοῦ γενομένων, ζητεῖσθαι τὸν βασιλέα, τοὺς δὲ δυνατοὺς οὐκ ἐᾶν ἐξετάζειν περὶ αὐτοῦ, τιμᾶν δὲ παρακελεύεσθαι πᾶσι, καὶ σέβεσθαι ῥωμύλον ὡς ἀνηρπασμένον ἐς θεούς, καὶ θεὸν ἐσόμενον σφίσιν ἀντὶ χρηστοῦ βασιλέως. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ πεπεισμένοι τοῖς λόγοις ἀπηλλάττοντο, ἐλπίσι χρησταῖς αἰωρούμενοι. ἔνιοι δὲ ἐν ὑπονοίαις τοὺς πατρικίους ἐποιοῦντο, καὶ ἐτάραττον ὡς τὸν δῆμον ἀβέλτερα πείθοντας, αὐτοὺς τοῦ βασιλέως γεγονότας αὐτόχειρας. καὶ πράγματα ἂν παρέσχον τοῖς δυνατοῖς, εἰ μή τις τῶν ἱππέων ἰούλιος πρόκλος, γένει τε δοκιμώτατος, καὶ ἤθει χρηστός, καὶ ῥωμύλῳ πιστός, ἐς ἀγορὰν ἐλθών, ἐνόρκως εἶπεν, ὡς ὀφθείη ῥωμύλος αὐτῷ καλὸς καὶ μέγας, ὡς οὔποτε πρόσθεν, καὶ ὅπλοις λαμπροῖς κεκοσμημένος, καὶ φλέγουσι. καὶ ὡς αὐτὸς μὲν πύθοιτο, τί δὴ παθών, ὦ βασιλεῦ, ἡμᾶς μὲν ἐν αἰτίαις πεποίηκας πονηραῖς, πᾶσαν δὲ τὴν πόλιν ἐν ὀρφανίᾳ πολλῇ λέλοιπας. ἐκεῖνος δὲ πρὸς ταῦτα ἀμείψαιτο· θεοῖς ἔδοξεν,
« ὦ πρόκλε, τοσοῦτον χρόνον ἡμᾶς γενέσθαι μετ᾽ ἀνθρώπων,
« αὖθις δὲ οὐρανὸν οἰκεῖν, ἐκεῖθεν ὄντας. ἀλλὰ χαῖρε, καὶ φράζε
« ῥωμαίοις, ὅτι σωφροσύνην καὶ ἀνδρείαν ἀσκοῦντες, ἐπὶ
« πλεῖστον δυνάμεως ἀνθρωπίνης ἀφίξονται. ἐγὼ δὲ ὑμῖν δαί-
« μων ἔσομαι κυρῖνος. ταῦτα διά τε τὸν ὅρκον τοῦ λέγοντος, καὶ τὸν τρόπον, πιστὰ ῥωμαίοις ἐδέξαντο, ὡς μηδένα ἀντειπεῖν· πάσης δὲ ἀφέμενοι ὑποψίας τε καὶ διαβολῆς, εὔχεσθαι κυρίνῳ, καὶ θεοκλυτεῖν. ταύτην δὲ τὴν ἐπωνυμίαν φασὶ τῷ ῥωμύλῳ γενέσθαι, ἢ ὅτι τοὺς πολίτας κυρίτας ὠνόμαζον, ἢ διὰ τὴν αἰχμὴν ἢ τὸ δόρυ κυρῖνον ἐκάλουν οἱ παλαιοί.

ὡς οὖν

ὅτι οἱ οὐήιοι ἑκατὸν χρόνους σπονδὰς ἔθεντο μετὰ ῥωμαίων, δόντες ὁμήρους πεντήκοντα.

ὅτι τὴν μοναρχίαν καὶ τὰ βασιλικὰ σύμβολα πρῶτος ῥωμύλος ἐπενόησεν.

ὅτι οἱ καλούμενοι πατρίκιοι οὐδὲν ἕτερον ἀπήλαυον πλέον ἢ τὸ ὄνομα.

ὅπως ἀφανὴς ἐγένετο ῥωμύλος, καὶ διὰ τί.

ὅπως ὁ ῥωμύλος μετὰ τὸ ἀφανισθῆναι κυρῖνος ἐκλήθη.

ὡς οὖν ἀφανῆ τινα τὸν ῥωμύλον ἢ αἰχμητὴν θεὸν ὀνομασθῆναι κυρῖνον. λέγεται δὲ τέσσαρα μὲν ἔτη καὶ πεντήκοντα βιῶναι, ὄγδοον δὲ ἤδη τριακοστὸν βασιλεύων φέρων ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι. τούτου δὲ περὶ τὸν ῥωμύλον συμβεβηκότος, βασιλεύεσθαι μὲν ἐδόκει πᾶσιν. ἔρις δέ τις καὶ στάσις ἐφύετο τοῖς ἐν ῥώμῃ, οὐχ ὑπὲρ ἀνδρὸς μόνον ἡγεμονεύσοντος, ἀλλὰ καὶ πότερον τῶν γενῶν παρέξοι τὸν ἄρξοντα. τοῖς τε γὰρ μετὰ ῥωμύλου πρώτοις συνοικίσασι τὴν πόλιν οὐκ ἀνεκτὸν ἐδόκει, παρ' αὐτῶν προσλαφθέντας τοὺς σαβίνους εἰς πολιτείαν, ἄρχειν τῶν δεξαμένων βιάζεσθαι. οἱ σαβῖνοι δ' ἑτέρωθεν ὅτι τοῦ τατίου θανόντος μόνον εἴασαν τὸν ῥωμύλον ἄρχειν, ἐξ ἑαυτῶν ἀξιοῦσιν αἱρεθῆναι τὸν ἄρξοντα. ἤριζον μὲν οὖν οὕτω τὰ μέρη ἑκάτερα. μετεώρου δ' ἤδη τούτοις ὄντος τοῦ πολιτεύματος, οἱ πατρίκιοι πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὄντες ἔταξαν, ἕκαστον ἐν μέρει τοῖς βασιλικοῖς παρασήμοις κοσμούμενον, θύειν τε τοῖς θεοῖς, καὶ χρηματίζειν, ἓξ μὲν τῆς νυκτὸς ὥρας, ἓξ δὲ τῆς ἡμέρας. ἡ γὰρ διανομὴ τῶν καιρῶν κατὰ τὸ ἴσον ἑκάστου, καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας καλῶς ἔχειν ἐδόκει, καὶ πρὸς τοὺς ἀρχομένους αὐτοῖς. ἀφῄρει γὰρ τὸν φθόνον ἡ τάχιστα τῆς ἐξουσίας ἀπόθεσις, ὁρώντων τῶν ἀρχομένων τῆς αὐτῆς ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς τὸν αὐτὸν ἰδιώτην ἐκ βασιλέως γινόμενον. οἶδα μὲν οὖν καὶ ἕτερά τινα περὶ τῆς τοιαύτης ἑρμηνευόμενα ἀρχῆς, ἀλλ' αὐτὸς τοῖς πιθανωτέροις ἑπόμην. τὸ δὲ σχῆμα τῆς ἀρχῆς τοῦτο μεσοβασιλεία τοῖς ῥωμαίοις ὠνόμαστο, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐξ ὑπονοίας ἐφύοντο θόρυβοι, ὑποπτευομένων τῶν πατρικίων εἰς ὀλιγαρχίαν τὴν πολιτείαν μεθιστᾶν, καὶ μὴ βούλεσθαι βασιλεύεσθαι, ἐκ δὲ τούτου καταστασιάζειν. ὁμονοησάντων δὲ πάντων αἱρεθῆναι τὸν βασιλεύσοντα, οἱ σαβῖνοι τοῖς ῥωμαίοις προτέροις τὴν αἵρεσιν ἔδοσαν. οἱ δ' ἐκ σαβίνων εἵλοντο νομᾶν πομπίλιον, ἄνδρα γνώριμον ὄντα πᾶσι διὰ ἀρετήν. στέλλονται γοῦν πρὸς ἐκεῖνον ἐκ ῥώμης πρέσβεις. οὐ γὰρ ἐν τῇ ῥώμῃ μετῴκιστο, ἀλλ' ἐν σαβίνοις ἦν, ἐκ πόλεως ὁρμώμενος τῶν κυριτῶν, πατρὸς ὢν πομπωνίου ἀνδρὸς εὐδοκίμου, πᾶσαν ἀρετὴν φύσει τε καὶ παιδείᾳ ἐξησκημένος. ὅθεν καὶ ὄνομα μέγα καὶ δόξαν ἔσχεν, ὡς καὶ τάτιον τὸν τοῦ ῥωμύλου συμβασιλεύσαντα κηδεστὴν αὐτὸν ἤδη ποιῆσαι, δόντα τῇ θυγατρί, ἣν μίαν ἐκεῖνος ἐγείνατο. ἣ δέκα ἤδη τρισὶν ἐνιαυτοῖς τῷ νομᾷ συνοικήσασα, μετήλλαξε τὴν ζωήν. ὁ δὲ νομᾶς ἐκλείπων τὰς ἐν ἄστει διατριβάς, ἀγροικῶν τὰ πολλά, καὶ διατρίβων μᾶλλον ἐν λειμῶσι καὶ ἄλσεσιν. ἥκον οὖν ἐκ ῥώμης οἱ πρέσβεις, καλοῦντες ἤδη τὴν βασιλείαν αὐτόν, ὄντα τεσσαρακοστὸν ἔτος ἄγοντα. ὁ δὲ ἀπεῖπεν. οἱ πρέσβεις δ' ἐνέκειντο, πάντα τρόπον πεῖσαι αὐτὸν μηχανώμενοι, καὶ δεόμενοι μὴ τὴν πόλιν αὖθις εἰς στάσιν ἐμβαλεῖν, καὶ ἐμφύλιον πόλεμον, οὐκ ὄντος ἑτέρου, πρὸς ὃν ἄμφω τὰ μέρη συνεπινεύουσιν. ἰδίᾳ μέντοι καὶ ὁ πατὴρ παρῄνει τὸν νομᾶν δέξασθαι τὴν ἀρχήν, ὡς θεῖον δῶρον, καὶ ὑπουργίαν θεοῦ, καὶ πράξεων καλῶν καὶ μεγάλων ἀνδρὶ φρονίμῳ τε καὶ χρηστῷ γενησομένην αἰτίαν, σύνδεσμόν τε τῇ πατρίδι, καὶ παντὶ τῷ σαβίνων ἔθνει εὐνοίας τε καὶ φιλίας πρὸς πόλιν δυνατὴν καὶ ἀκμάζουσαν. τούτοις ἐνδοὺς ὁ νομᾶς, θύσας τοῖς θεοῖς, προῆγεν εἰς ῥώμην, ὑπηντία δὲ ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος εὐφημοῦντες καὶ χαίροντες. ἐπεὶ δὲ παρέστησαν εἰς τὴν ἀγοράν, προσφερομένων αὐτῷ τῶν βασιλικῶν παρασήμων, ἐπισχεῖν ἐκέλευσε, ἔφη, δεῖσθαι καὶ τοῦ θεοῦ, τὴν βασιλείαν ἐμπεδοῦντος αὐτῷ. ἀνελθὼν οὖν εἰς τὸ καπιτώλιον, καὶ θύσας, οὕτω δὲ τὴν βασιλικὴν ἀναλαβὼν ἐσθῆτα, κατέβαινε. παραλαβὼν δὲ τὴν ἀρχήν,

πρῶτον

Quirinus igitur deus appellatus eſt, ut bellicoſus & haſtatus. Ferũt annos uixiſſe LIIII, & anno regni XXXVIII è cõſpectu hominũ ſublatus eſſe. Cũ hæc Romulo accidiſſent, regẽ uolebãt omnes: ſed Romanorũ animos certamẽ & ſeditio uerſabat, nõ de uiro tantũ, qui principatu potiretur: ſed etiã de gẽte, utra principẽ præberet. Nam & Romanis, primis urbis cum Romulo conditoribus, non ferendũ uidebatur, ut Sabini in ciuitatẽ aſciti, regnũ ſibi in eos, à quibus recepti eſſent, per uim uendicarẽt: & Sabinis ex altera parte contendentibus, quia Tatio mortuo, Romulũ regnare paſsi eſſent, ſui corporis regẽ creandũ eſſe. Factionibus inter ſeſe ita certantibus, cum ciuitas ſine imperio, exercitus ſine duce eſſet, patricij numero C & L cõſtituerunt, ut quilibet regijs inſignibus ornatus, & dijs immolaret, & iura diceret, ſenis horis noctu, & totidem interdiu. Hæc enim temporũ diſtributio, propter æquabilitatẽ & ipſis magiſtratibus & populo cõmoda uidebatur: & celerrimus magiſtratu abitus inuidiæ minimum habebat, cum ſubditi eundẽ eodem die, eademq́ nocte & regẽ & priuatum cernerẽt. Haud nos præterit, de hac imperij forma, quæ Interregnũ dicitur, alia quoq; iactata eſſe: ego uerò ea ſum ſecutus, quæ mihi probabiliora uidebantur. Fremere tamen nihilominus plebs; multiplicatam ſeruitutẽ, multos pro uno dominos factos. Sed tumultu ſedato, cum omnes regem creandũ eſſe conſenſiſſent, ac Sabini eius eligendi poteſtatem Romanis detuliſſent: Numam Pompilium, cuius inclyta uirtus apud omnes erat, electũ per legatos accerſiuerũt. Nec enim Romę habitabat, ſed in Sabinis, patre natus Põponio, probato uiro, omni genere uirtutis & natura & diſciplina excultus. Vnde tantum nomẽ & gloriã conſecutus fuit, ut Tatius Romuli regis collega Tatiam ei filiã unicã deſponderet: quæ cum ei annos XIII nupta fuiſſet, uitã cum morte cõmutauit. Numa uerò relicta urbana uita, ruri plerunq; in pratis & ſaltibus degere malebat. Cumq́ Romani legati ad eũ ueniſſent, XL ætatis annũ agentẽ, regnum offerentes, recuſauit. Sed cum inſtarẽt, & nihil non ad perſuadendũ adhiberẽt, orãtes, ne ciuitatem denuò in ſeditionẽ & bellũ inteſtinum cõijceret (neq; enim eſſe aliũ, in quẽ ambę partes cõſentirent) Numam pater quoq; ſeorſim hortatus eſt, ut principatũ tanq̃ diuinũ donũ, & numinis obſequiũ, quiq; uiro bono & prudẽti honeſtas magnasq; res gerẽdi occaſionẽ pręberet, & uinculum futurus eſſet, quo patria & omnis Sabinorũ natio beneuolẽtia & amicitia cũ urbe potẽti & florẽte iungerent. His Numæ uicto, & re diuina peracta, Romã proficiſcenti Senatus populusq́ Romanus cum lętis acclamationibus obuiã egreditur. Cum in forum deducto inſignia regni afferrẽtur, differre, ac de ſe regni firmandi cauſa deos conſuli iuſſit: & re diuina in Capitolio peracta, indutaq; ueſte regia, deſcendit. Principatu ſuſcepto,

primùm

Interregnum.

Numa Pompilius II rex Rom.

Regni laudes.

Numæ inſtituta.

primùm CCC armatos, quos Romulus ad cuſtodiā corporis ſemper habuerat, amouit. Nec enim decere, ijs diffidere, qui ipſi fiderent: neq; diffidētibus imperandū eſſe. Deinde urbē è duſa & bellicoſa mitiorē & pacis amantiorē reddere aggreſſus eſt: edixitq;, ne imaginē Dei uel humana, uel alterius animātis forma erigerēt. Itaq; annis C & LXX, quamuis templa conderent, nullum tamē in ijs neq; pictū, neq; fictum ſimulacrum collocarūt: quòd nefas eſſet, præſtantiores deteriorib. ſimiles facere, neq; Deus aliter niſi mente cōprehendi poſſet. Victimas incruentas farris & libationis ciuibus ſuis edixit. Deos enim pacis & iuſtitiæ cuſtodes, à cæde puros eſſe oportere. Neq; diuini quicquam obiter & negligenter audiendū aut uidendum præcepit: ſed ocium agendū à cæteris rebus, & religioni, ut rei maximę, animos intendendos. His rationibus, & alijs pluribus, quas ob multitudinē prætermiſimus, ciuiū ſuorū animos ad pietatem aſſueſecit. Ipſe autē ſpem ſuam ita in Deo collocaſſe fertur, ut cum ei aliquādo ſacrificanti hoſtiū aduentus nūciaretur, ſubridēs dixerit: Ego uerò ſacrifico. Agrū à Romulo bello partum, inter inopes ciues diſtribuit: ut inopiam ſcelerū parentē tolleret, & agricultura ferum populū domaret, quæ acrē pacis amorem in animis excitare poſſet. Ferūtur ab eo Ianuarius & Februarius reliquis mēſibus adiecti eſſe, & annus ad curſum Lunæ in XII mēſes deſcriptus, cum X antè menſium habitus eſſet: ut apud nōnullos barbaros trimeſtris habetur, & inter Græcos apud Arcades IIII, apud Acarnanes VI menſiū. Apud Aegyptios uerò menſtruus fuit annus, deinde quadrimeſtris. Vnde antiquiſsimi falſò habētur, cum in genealogijs inexplicabilē annorum numerū recēſent, quippe menſibus annorū loco ponēdis. Ianuarium uerò Numa caput anni eſſe uoluit: qui cum ad iuſtitiam & pietatē ſubditos ita cōſueſeciſſet, omnes bellorum motus conquieuerunt. Neq; enim populus Romanus duntaxat æquitate & manſuetudine Regis factus eſt humanior: ſed & circumcirca finitimas ciuitates, mutatis moribus, pacis & iuſtitiæ, colendæ terræ, liberos in tranquillitate educandi, deosq; uenerandi cupido cæpit. Neq; enim bellum, aut ſeditio, aut nouarum rerum ſtudium, Numa regnante extitit. Neq; etiam inuidia, inimicitia, aut cōſpiratio, atq; inſidiæ ex cupiditate regni contra Numam cōparatæ, uſquam memorantur. Filiolam Pompiliam Martio deſpondit, ex qua ei Ancus Martius nepos eſt genitus, qui poſt Tullum Hoſtilium regnauit: quo Numa quinquenni relicto deceſsit, cum paulatim ſenio & leni morbo deſeciſſet. Vixit annos LXXXIII, regnauit XLIII. Numa ſine ſucceſſore defuncto, Tullus Hoſtilius à ſenatu populoq; Romano rex electus, inſtitutis Numæ pleriſq; deriſis, Romulū magis eſt æmulatus, ad bella & ipſe propēſus, & populi cōcitator. Cum igitur forte eueniſſet, ut Romani ex Albano agro prædas egiſsēt, uterq; populus ad bellū ſpectauit.

Aegyptiorum annus menſtruus.

Pompilia Anci Martij mater.

Tullus Hoſtilius III rex Romanorum.

Sedante

τριακοσίων μὲν τὸ τῶν τριακοσίων διέλυσε σύνταγμα, ὃ περὶ τὸ σῶμα εἶχε Ῥωμύλος ἀεί. οὐ γὰρ δεῖν ἀπιστεῖν πιστεύουσιν ἔλεγεν, οὐδὲ βασιλεύειν ἀπιστούντων ἄξιον. εἶτα τὴν πόλιν ἐκ σκληρᾶς καὶ πολεμικῆς ἐπεχείρει μαλακωτέραν ποιῆσαι καὶ εἰρηνικωτέραν, ἀνθρωποειδῆ τε καὶ ζωόμορφον εἰκόνα θεοῦ αὐτοῖς Ῥωμαίοις ἀπηγόρευσεν. ὅθεν οὐδ᾽ ἦν παρ᾽ αὐτοῖς οὔτε γραπτὸν, οὔτε πλαστὸν εἶδος θεοῦ. ἑκατὸν δὲ πρὸς ἑβδομήκοντα ἔτεσι ναοὺς αὐτοῖς ἀνεγειρόντων, οὐδὲν ἔμμορφον ἐποίουν ἀφίδρυμα, ὡς οὔτε ὅσιον ἀφομοιοῦν τοῖς χείροσι τὰ βελτίονα, οὔτε ἐφάπτεσθαι ἄλλως θεοῦ δυνατὸν ἢ νοήσει. καὶ τὰς θυσίας δὲ ἀναιμάκτους ποιεῖσθαι ἐθέσπισε, δι᾽ ἀλφίτων τε καὶ σπονδῆς. δεῖν γὰρ τοὺς θεοὺς εἰρήνης καὶ δικαιοσύνης φύλακας ὄντας, φόνου καθαροὺς εἶναι. μήτε δὲ ἀκούειν τι τῶν θείων, μήτε ὁρᾶν ἐν παρέργῳ καὶ ἀμελῶς, ἀλλὰ σχολὴν ἄγοντας ἐκ τῶν ἄλλων, καὶ προσέχοντας τὴν διάνοιαν ὡς πράξει μεγίστῃ τῇ περὶ τὴν εὐσέβειαν. ἐκ δὲ τούτων καὶ ἄλλων πλειόνων, ἃ διὰ τὸ πλῆθος παρήκαμεν, διέθηκε πρὸς τὸ θεῖον τοὺς τότε ἀνθρώπους ἐξ ἐθισμοῦ ὁ Νουμᾶς εὐσεβεῖς. αὐτὸν δὲ οὕτω φασὶν εἰς τὸ θεῖον ἀνηρτῆσθαι ταῖς ἐλπίσιν, ὥστε προσαγγελίας αὐτῷ θύοντί ποτε γενομένης ὡς ἐπέρχονται πολέμιοι, μειδιάσαι καὶ εἰπεῖν, ἐγὼ δὲ θύω. καὶ τὴν χώραν ἣν αἰχμῇ Ῥωμύλος ἐκτήσατο, διένειμεν τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν, ἀφαιρῶν ἐξ αὐτῶν τὴν ἀπορίαν, ὡς ἀνάγκην τῆς ἀδικίας ποιοῦσαν, καὶ τρέπων εἰς γεωργίαν, ὡς ταύτης ἐξημερούσης τὸν δῆμον, καὶ εἰρήνης ἔρωτα δυναμένης ἐμποιεῖν σφίσι. λέγεται δὲ καὶ τὸν Ἰανουάριον καὶ τὸν Φεβρουάριον παρ᾽ αὐτοῦ τοῖς μησὶ προστεθῆναι, δωδεκάμηνον κατὰ τὸν τῆς σελήνης δρόμον νομοθετήσαντος λογίζεσθαι τὸν ἐνιαυτόν, δεκάμηνον πρότερον ὄντα, ὡς ἐνίοις τῶν βαρβάρων τρίμηνον, καὶ τῶν Ἑλλήνων Ἀρκάσι μὲν τετράμηνον, τοῖς δὲ Ἀκαρνᾶσιν ἑξάμηνον. Αἰγυπτίοις δὲ μηνιαῖος ἦν ὁ ἐνιαυτὸς, εἶτα τετράμηνος, διὸ καὶ ἀρχαιότατοι δοκοῦσιν εἶναι, καίτοι μὴ ὄντες, πλῆθος ἀμήχανον ἐτῶν ἐπὶ ταῖς γενεαλογίαις εἰσάγοντες, ἅτε δὴ τοὺς μῆνας εἰς ἐτῶν τιθέμενοι ἀριθμόν. καὶ τὸν Ἰανουάριον δὲ Νουμᾶς εἰς ἀρχὴν τοῦ ἔτους ἀπένειμεν. οὕτω δὲ δικαιοσύνης καὶ εὐσεβείας συνεθίσαντος τὸ ὑπήκοον, ἐξῄρητο πάντα τὰ τοῦ πολέμου. οὐ γὰρ μόνον ὁ Ῥωμαίων δῆμος ἡμεροῦτο τῇ τοῦ βασιλέως εὐνομίᾳ καὶ τῇ πρᾳότητι, ἀλλὰ καὶ τὰς κύκλῳ πόλεις ἀρχὴ μεταβολῆς ἔλαβε, καὶ πόθος εἰσερρύη πάντας εἰρήνης, καὶ τοῦ δικαίου, γῆν φυτεύειν, καὶ τέκνα τρέφειν ἐν ἡσυχίᾳ, καὶ σέβεσθαι θεούς. οὔτε γὰρ πόλεμος, οὔτε στάσις, οὔτε νεωτερισμὸς περὶ πολιτείας ἱστόρηται Νουμᾶ βασιλεύοντος. οὐδ᾽ ἐπ᾽ ἐκεῖνον τις φθόνος, ἢ ἔχθρα, ἢ σύστασις ἀνδρῶν, ἢ ἐπιβουλὴ δι᾽ ἔρωτα βασιλείας γενέσθαι τοῦ ἀναγέγραπται. θυγατέρα δὲ ἔσχεν ὁ Νουμᾶς Πομπιλίαν, Μαρκίῳ ταύτην ἐξέδοτο, ἐξ ἧς Μάρκιος Ἄγκος θυγατριδοῦς ἐτέχθη αὐτῷ, ὃς μετὰ Τοῦλλον Ὁστίλλιον ἐβασίλευσε. τοῦτον πενταετῆ καταλιπὼν ὁ Νουμᾶς ἐτελεύτησε, κατὰ μικρὸν ὑπὸ γήρως καὶ νόσου μαλακῆς ἀπομαρανθείς, χρόνον τρισὶ τοῖς ὀγδοήκοντα πρεσβεύσας, βασιλεύσας ἔτη ἐπὶ τρισὶ τεσσαράκοντα. τοῦ δὲ Νουμᾶ τελευτήσαντος, καὶ μηδένα καταλιπόντος διάδοχον, Ὁστίλλιος Τοῦλλος ᾑρέθη παρὰ τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς. ὃς τὰ πλεῖστα τῶν τοῦ Νουμᾶ χλευάσας ἐθῶν, τὸν Ῥωμύλον ἐζήλωσε, καὶ πρὸς μάχας αὐτός τε ὥρμα, καὶ τὸν δῆμον ἠρέθιζεν. ἁρπαγῆς γοῦν γενομένης παρὰ Ῥωμαίων ἐξ Ἀλβανῶν, ὥρμησαν πρὸς μάχην ἑκάτεροι.

ὅτι λαοῖς [illegible] ὁ Νουμᾶς τὴν ἀρχὴν [illegible] περὶ τὸ θεῖον.

ὅτι δωδεκάμηνος ὁ χρόνος παρὰ Ῥωμαίοις, παρὰ δὲ τοῖς λοιποῖς διαφέρει [illegible].

ὅτι Ὁστίλλιος μετὰ Νουμᾶν ἦρξε.

πρὸ δὲ

uexati, pace cum hoſtibus facta, in ſemetipſos conuerſi, mutuis ſe cladibus affecerũt: nec ipſis conſulibus multitudo abſtinuit. Nam & miniſtros eorum uerberarunt, & faſces confregerunt, & ipſos Coſs. per quamuis cauſam, ſiue magna ea, ſiue parua eſſet, reos fecerunt. Appium Claudium in ipſo etiã magiſtratu in carcerem ducere uoluerunt: quòd is populi in omnibus aduerſator, legiones ſuas decimarat, quòd Volſcis in prælio ceſsiſſent. Decimatio uerò huiuſmodi fuit. Cum milites grauiter deliquerant, Imperator omnibus in decurias diſtributis, decimum quemq; cui ſors obuenerat, occidebat. Appio, depoſito magiſtratu, plebeij ſtatim diem dixerunt, nec damnarunt tamen: ſed die producta, in eam neceſsitatẽ adegerunt, ut ipſe ſibi manus afferret. Ad hęc quidam Tribuniplebis cùm alia contra patres ſcripſerunt, tum illud, ut populo per ſe inire concilium, & abſq; illis deliberare liceret, & ſuo arbitratu decernere omnia. Quòd ſi quis ob crimẽ aliquod à Coſs. mulctetur, ei prouocationem eſſe ad populum. Aedilium q; & Tribunorum poteſtatem ampliarunt, ut quamplurimos patronos haberent. Quæ cum agerentur, Patricij apertè non niſi in paucis aduerſabantur, clam uerò multos ex audaciſsimis tollebãt. Sed nec id cæteros cohercebat: nec illud, quòd ſemel nouẽ Tribuni à plebe cremati ſunt. Quorum exemplo inſecuti Tribuni, adeò non facti ſunt moderatiores, ut magis etiã ſæuierint. Eò populus à patribus eſt redactus. Nam bellis exortis militare noluerunt, niſi optatis eorũ ſatisfieret: aut egreſsi pugnarunt ſegniter, niſi quæ uoluiſſent, omnia impetraſſent. Vnde multi ex finitimis, nõ tam ſuis freti uiribus, quàm illorum diſſenſionibus, bella mouerunt. Quorum è numero Aequi, M. Minutio Conſule uicto, animos ſuſtulerunt. Qua clade cognita, Romani L. Quintium, pauperẽ illum quidẽ, & agriculturæ deditum, ſed uirtute & temperantia præſtantem, Dictatorem dixerunt: qui ob comam in cincinnos implexam, Cincinnatus eſt appellatus: cuiuſmodi nunc multi in regia uerſantur, eoq; malo in Remp. inuecto, cincinnatos ubique uidere licet. Is igitur Dictator creatus, eo-
» dem die ducto exercitu, celeritate citra teme-
» ritatem uſus, unà cum Minutio impetu in Aequos facto, plurimos occidit: cęteros uiuos cæpit, ac ſub iugum miſſos dimiſit: quæ res huiuſmodi erat. Duo recta ligna terra defigebãtur, quibus unum obliquũ ſupernè imponebatur. per hęc media captiui nudi traducebant. quod uictoribus magnæ gloriæ, uictis tãto dedecori erat, ut quidã ei ignominiæ mortẽ anteferrent. Coruino urbe capta, & Minutio ob cladẽ conſulatu abrogato, domum redijt, atq; ipſe etiam ſe magiſtratu abdicauit. Deinde Romani domeſtico bello ſunt conflictati, à ſeruis & exulibus conflato: qui noctu ſubita impreſsione Capitoliũ occuparũt. ſed plebs tũ quoq; nõ prius arma cæpit, quàm patricijs aliquid detraxiſſet.

L. Quintius Cincinnatus Dictator Aequos ſub iugum mittit.

acſe

ἐκάκωσαν. ἀλλὰ πρὸς μὲν τοὺς πολεμίους σπονδὰς ἐποιήσαντο. τραπόμενοι δ' ἐπ' ἀλλήλους, ἔπραξαν πολλὰ δεινά, ὡς μηδὲ τῶν στρατηγῶν ἀπέχεσθαι τὸ πλῆθος. τούς τε γὰρ ὑπηρέτας αὐτῶν ἔτυπτον, καὶ τὰς ῥάβδους κατέκλων, αὐτούς τε τοὺς στρατηγοὺς ὑπὸ δίκην ἦγον ἐπὶ πάσῃ προφάσει καὶ μείζονι καὶ ἐλάττονι. Ἄππιον οὖν Κλαύδιον καὶ παρ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐμβαλεῖν ἐβουλεύσαντο, ὅτι τε αὐτοῖς ἠναντιοῦτο εἰς ἅπαντα, καὶ ὅτι τοὺς συστρατευσαμένους αὐτῷ ἐδεκάτευσεν, ἐπειδὴ τοῖς Οὐολούσκοις ἐν μάχῃ ἐνέδωσαν. ὁ δεκατισμὸς δὲ τοιόσδε τις ἦν. ὅτε τι οἱ στρατιῶται μέγα ἡμάρτανον, ὁ στρατηγὸς εἰς δεκάδας αὐτοὺς ἀριθμῶν, ἕνα λαβὼν ἐξ ἑκάστης δεκάδος τὸν κλῆρον λαχόντα, θανάτῳ ἐκόλαζεν. ἀπελθόντα δ' ἐκ τῆς ἀρχῆς τὸν Κλαύδιον, δίκην οἱ τοῦ πλήθους εἰς ἀγῶνα κατέστησαν, καὶ οὐ κατεψηφίσαντο μέν, τὴν ψῆφον δὲ ὑπερθέμενοι, εἰς ἀνάγκην αὐτὸν αὐτοχειρίας κατέστησαν. καὶ τινὲς δὲ τῶν δημάρχων ἄλλα τε κατὰ τῶν εὐπατριδῶν συνέγραψαν, καὶ τὸ ἐξεῖναι τῷ πλήθει, καὶ καθ' ἑαυτὸ συνιέναι, καὶ ἄνευ ἐκείνων βουλεύεσθαι, καὶ χρηματίζειν πάνθ' ὅσα ἐβούλοντο. κἄν τις ἐπ' αἰτίᾳ τινὶ παρὰ τῶν στρατηγῶν προστιμηθῇ, ἔκκλητον ἐπὶ τούτοις τὸν δῆμον δικάζειν ἔταξαν. καὶ τοὺς ἀγορανόμους δὲ καὶ τοὺς δημάρχους ἐπηύξησαν, ἵνα πλείους τοὺς αὐτοῖς προσκειμένους ἔχωσι. πραττομένων δὲ τούτων, οἱ εὐπατρίδαι φανερῶς μὲν οὐ πάνυ ἀντέπραττον, πλὴν βραχέων, λάθρα δὲ συχνοὺς τῶν θρασυτάτων ἐφόνευον. ἀλλ' οὔτε τοῦτο τοὺς λοιποὺς ἐπεῖχεν, οὔθ' ὅτι ποτὲ ἐννέα δήμαρχοι πυρὶ ὑπὸ τοῦ δήμου παρεδόθησαν. οὐ μόνον γὰρ οἱ μετὰ ταῦτα δημαρχοῦντες οὐκ ἠμβλύνοντο, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐθρασύνοντο. εἰς τοῦτο ὑπὸ τῶν εὐπατριδῶν προήχθη ὁ ὅμιλος. οὔτε γὰρ στρατεύειν ἐπείθοντο πολέμων ἐπικειμένων, εἰ μὴ ὧν ὠρέγοντο ἔτυχον, καὶ εἴ ποτε δ' ἐξῆλθον, ἀπροθύμως ἐμάχοντο, εἰ μὴ πάνθ' ὅσα ἐβούλοντο λάβωσιν. κἀντεῦθεν πολλοὶ τῶν προσοίκων αὐτοῖς τῇ ἐκείνων διχοστασίᾳ, »
ἢ τῇ ἑαυτῶν θαρροῦντες ἰσχύϊ, ἐπανέστησαν. ὧν ὄντες καὶ Αἴκουοι, »
οἱ Μάρκον Μινούκιον στρατηγοῦντα τότε νικήσαντες, ἐφρονηματίσθησαν. μαθόντες δὲ τὸν Μινούκιον ἡττημένον οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ, δικτάτορα Λούκιον Κουίντιον εἵλοντο, πένητα μὲν ἄνδρα, καὶ γεωργίᾳ συνεζηκότα, ἀρετῇ δὲ καὶ σωφροσύνῃ διαπρέποντα, καί τοι τὰς κόμας ἐν πλοκάμους ἀσκοῦντα, ὅθεν καὶ Κικιννάτος ὠνόμαστο, οἷοι νῦν πολλοὶ περὶ τὰ βασίλεια. ἐκεῖθεν δὲ τοῦ κακοῦ παρεισφθαρέντος εἰς τὸ πολίτευμα, καὶ ἁπανταχοῦ κικιννάτους ἐστὶν ὁρᾶν. οὗτος οὖν δικτάτωρ προχειρισθείς, καὶ αὐθημερὸν ἐκστρατεύσας, καὶ τάχει σὺν ἀσφαλείᾳ χρησάμενος, καὶ τοῖς Αἰκούοις προσβαλὼν μετὰ τοῦ Μινουκίου, πλείστους μὲν διέφθειρε, τοὺς δ' ἄλλους ἐζώγρησεν, οὓς ὑπὸ ζυγὸν διαγαγὼν ἀφῆκεν. ἡ δὲ πρᾶξις ὁ τοῦ ζυγοῦ τοιάδε τις ἦν. σταυρούς, δύο ὄρθια διαλείποντα ξύλα διέχοντα ἀλλήλων, εἰς τὴν γῆν κατέπηγνυον, καὶ αὐτοῖς ἐπετίθεσαν ἐγκάρσιον ἕτερον, καὶ διὰ μέσου τούτων τοὺς ἁλόντας διῆγον γυμνούς, ὃ τοῖς μὲν δρῶσι λαμπρότητα, πολλὴν δὲ ἀτιμίαν τοῖς πάσχουσιν ἔφερεν, ὥστε τινὰς τὸ τοιοῦτόν τι παθεῖν προαιρεῖσθαι θανεῖν. καὶ πόλιν δὲ αὐτῶν Κορβιῶνα καλουμένην ἑλών, ἐπανῆλθε, καὶ τὸν Μινούκιον διὰ τὴν ἧτταν τὴν στρατηγίαν ἀφείλετο, καὶ αὐτὸς ἀπέθετο τὴν ἀρχήν. οἱ μὲν Ῥωμαῖοι οἰκεῖον ἐσχήκεσαν πόλεμον, ὃς ἐκ δούλων συνέστη καὶ φυγάδων τινῶν, οἳ νύκτωρ ἐπελθόντες ἐξαπιναίως, τὸ Καπιτώλιον ἐκράτησαν. ὁ δὲ ὅμιλος καὶ τότε οὐ πρότερον ἐν τοῖς ὅπλοις ἐγένετο, πρίν τι πλέον σχεῖν τῶν εὐπατριδῶν. ἐπελθόντες

ὅθεν ἡ τιμωρία τοῦ δεκατίζεσθαι, ὃ τοῖς ἁμαρτήσασι στρατιώταις ἐπάγεται.

ὅτι πένης ὢν καὶ γεωργός, δικτάτωρ γέγονεν διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ.

ὅτι κατὰ Ῥωμαίους κικιννάτοι οἱ ἀπὸ γενόμενοι.

τί τὸ ὑπὸ ζυγὸν ἀγαγεῖν τοὺς ἡττηθέντας.

δὲ γο

δέ γε τοῖς στασιάζουσιν, ἐκράτησαν μὲν αὐτῶν, πολλοὺς δὲ τῶν σφετέρων ἀπέβαλον. διὰ ταῦτα τοίνυν οἱ Ῥωμαῖοι καὶ διά τινα σημεῖα εὐλαβηθέντες, τῶν τε πρὸς ἀλλήλους ἀπηλλάγησαν ἐγκλημάτων, καὶ τὴν πολιτείαν βελτίω ποιήσασθαι ἐψηφίσαντο. καὶ τρεῖς ἄνδρας εἰς τὴν Ἑλλάδα διὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ παρ' ἐκείνοις ἔθη πεπόμφασι, καὶ κομισθέντων αὐτῶν, τάς τε ἄλλας ἀρχὰς καὶ τὰς τῶν δημάρχων κατέλυσαν, καὶ ἄνδρας ὀκτὼ ἐκ τῶν πρώτων εἵλοντο. καὶ Ἄππιον Κλαύδιον, Τίτον τε Γενούκιον ἀπέδειξαν κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον στρατηγοὺς αὐτοκράτορας, καὶ νόμους αὐτοῖς συγγράψαι ἐπέτρεψαν, μηδεμίαν τε δίκην ἔφεσιμον ἀπ' αὐτῶν γίνεσθαι προσεψηφίσαντο· ὃ πρὶν οὐδενὶ τῶν ἀρχόντων, πλὴν τῶν δικτατόρων ἐδέδοτο. ἦρξαν τε οὗτοι ἐφ' ἡμέραν ἕκαστος, ἐναλλὰξ τὸ πρόσχημα τῆς ἡγεμονίας λαμβάνοντες· καὶ νόμους συγγράψαντες, ἐς τὴν ἀγορὰν ἐξέθηκαν, οἳ ἐπεὶ πᾶσιν ἤρεσαν, ἐς τὸν δῆμον εἰσηνέχθησαν, καὶ κυρωθέντες, σανίσιν ἐνεγράφησαν δέκα. ὅσα γὰρ φυλακῆς ἐκρίθησαν ἄξια, ἐν σανίσιν ἐθησαυρίζοντο. ἐκεῖνοι μὲν οὖν τὸν ἐνιαυτὸν ἀνύσαντες, ἀφῆκαν τὴν ἀρχήν. ἕτεροι δὲ αὖθις αἱρεθέντες δέκα, ὥσπερ ἐπὶ καταλύσει τῆς πολιτείας χειροτονηθέντες ἐξώκειλαν. πάντες γὰρ ἅμα ἐξ ἴσης ἦρχον, καὶ νεανίσκους ἐκ τῶν εὐπατριδῶν θρασυτάτους ἐκλεξάμενοι, πολλὰ δι' αὐτῶν ἐποίουν καὶ βίαια. ὀψὲ δέ ποτε ἐπ' ἐξόδῳ τοῦ ἔτους ὀλίγα ἄττα ἐν δυσὶ σανίσι προσέγραψαν, ἐς πάντα δὲ αὐτογνωμονήσαντες, ἀφ' ὧν οὐχ ὁμόνοια, ἀλλὰ καὶ διαφοραὶ μείζους Ῥωμαίοις γενήσεσθαι ἔμελλον. αἱ μὲν οὖν λεγόμεναι δώδεκα δέλτοι οὕτως τότε ἐγένοντο. οἱ δὲ νομοθέται ἐκεῖνοι οὐ μόνον ταῦτ' ἔπραξαν, ἀλλὰ καὶ τοῦ χρόνου τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς διελθόντος, ἐν τοῖς πράγμασιν ἔμειναν, βίᾳ τὴν πόλιν κατέχοντες, καὶ μηδὲ τὴν βουλὴν ἢ τὸν δῆμον ἀθροίζοντες, ἵνα μὴ συνελθόντες παύσωσιν αὐτούς. ἀκούοντες δὲ καὶ Σαβίνων πόλεμον αἰρομένων κατὰ Ῥωμαίων, τότε τοὺς ἐπιτηδείους αὐτοῖς παρασκευάσαντες, διεπράξαντο σφίσι τοὺς πολέμους ἐπιτραπῆναι. ἐκ γοῦν τῆς δεκαρχίας αὐτῶν Σερούιος μὲν Ὄππιος, καὶ Ἄππιος Κλαύδιος, κατὰ χώραν ἔμειναν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐστράτευσαν. πάντα μὲν ἁπλῶς καὶ τὰ ἐν τῷ ἄστει καὶ τὰ ἐν τοῖς στρατοπέδοις τετάρακτο, κἀντεῦθεν στάσις αὖθις συνηνέχθη. ἐμβαλόντες γὰρ εἰς τὴν τῶν Σαβίνων γῆν οἱ στρατίαρχοι, Λούκιόν τινα Σίκκιον, ἔμπειρόν τε τὰ πολέμια, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις τοῦ ὁμίλου καταριθμούμενον, μεθ' ἑτέρων ὥς τι χωρίον καταληψόμενον ἔπεμψαν, καὶ διὰ τῶν συνεκπεμφθέντων αὐτῷ τὸν ἄνδρα διέφθειραν. λόγου δ' εἰς τὸ στρατόπεδον γενομένου, ὡς παρὰ πολεμίων ὁ ἀνὴρ σὺν ἄλλοις ἀνῃρημένου, οἱ στρατιῶται ἀνελέσθαι τοὺς νεκροὺς ὁρμήσαντες, οὐδὲν σῶμα τῶν ἐναντίων εὑρήκασι, συχνοὺς δὲ τῶν ὁμοφύλων, οὓς ὁ Σίκκιος ἐπιθεμένους αὐτῷ ἀπέκτεινεν ἀμυνόμενος. ὡς οὖν κύκλῳ τε αὐτοῦ κειμένους καὶ τετραμμένους πρὸς αὐτὸν εἶδον, ὑπετόπησαν τὸ γενόμενον, καὶ μέντοι καὶ ἐθορύβησαν. πρὸς δὲ τοῖς καὶ διά τι τοιοῦτον Λούκιός τις Οὐεργίνιος ἐκ τοῦ πλήθους ὤν, καὶ θυγατέρα ἔχων περικαλλῆ, Λουκίῳ Ἰκιλλίῳ τῷ ὁμοίῳ αὐτῷ ἐκδώσειν ἔμελλε. ταύτης ὁ Κλαύδιος ἐρασθεὶς, καὶ μὴ τυχὼν, παρεσκεύασέ τινας δουλαγωγῆσαι αὐτήν. ἐλθὼν οὖν ὁ τῆς κόρης πατὴρ ἐκ τοῦ στρατοπέδου ἐδικαιολογεῖτο. ὡς δὲ ὁ Κλαύδιος ταύτης κατεψηφίσατο, καὶ τοῖς δουλαγωγοῦσιν αὐτὴν ἡ κόρη παρεδόθη, καὶ οὐδεὶς ἐπήμυνεν, ὑπεραλγήσας ὁ ταύτης πατὴρ, καὶ τὴν θυγατέρα κοπίδι διαχειρισάμενος, πρὸς τοὺς στρατιώτας, ὡς εἶχεν, ἐξώρμησεν. οἱ δὲ πρὶν εὖ

διακει-

ὅτι μετὰ τὴν τῶν νόμων ἐξ Ἑλλάδος μετακομιδὴν καταπαύσαντες Ῥωμαῖοι οἱ δήμαρχοι, καὶ στρατηγοὶ προεβλήθησαν.

ὅτι σανίσιν οἱ νόμοι γραφόμενοι τότε, ἐς τὴν ἀγορὰν προετίθησαν.

περὶ τῶν δώδεκα δέλτων.

ac ſeditioſos oppreſſerunt: ſed multos ſuorum amiſerunt. His igitur de cauſis Romani & prodigijs quibuſdã impulſi, omiſsis mutuis criminationibus, Rempub. æquabiliorẽ efficere decreuerũt. Ac tres uiros in Græciam, ad illorum leges & inſtituta cognoſcẽda, ablegarunt: quibus allatis, tribunatum & alios quoſdam magiſtratus abrogarunt, eorumq́ loco uiros VIII principes delegerunt: illoq́ anno Appiũ Claudium & Titum Genutium prætores cum ſummo imperio crearunt, data poteſtate condendi leges, cum appendice, ne ab eis prouocatio eſſet. id quod prius non niſi Dictatoribus conceſſum fuit. Hi per uices imperarunt, ſinguli in dies ſingulos magiſtratus inſignibus ornati. Et leges à ſe cõſcriptas in foro propoſuerũt: quas cum omnibus probaſſent, ad populũ tulerunt, ſancitasq́ in X tabulas retulerunt. Quæ enim digna cuſtodia iudicabant, in tabellis aſſeruabant. Ac illi anno exacto, magiſtratu abierunt. quibus alij X cum ſucceſsiſſent, ita ſe geſſerũt, quaſi euertendæ Reipub. cauſa delecti eſſent. Omnes enim ſimul ex æquo imperabant: aſcitisq́ nobilium adoleſcẽtum audaciſsimis, per uim multa egerunt. Serò tandem, ſub anni ferè finem, pauca quędam in duabus tabulis ſuapte autoritate aſcripſerũt, non ad concordiam, ſed ad maiores diſſenſiones pertinẽtia. Duodecim igitur tabulæ ſic confectæ ſunt. Decemuiri autem non hæc tantum egerunt: ſed & tempore magiſtratus eorum elapſo, adhuc in rebus gerẽdis ſunt uerſati, Repub. ui oppreſſa, neq́ ſenatu neq́ populo cõuocato, ne ſucceſſores ſibi darentur. Quum autem Acqui & Sabini Romanis arma inferrẽt, per idoneos homines effecerunt, ut ſibi belli adminiſtratio mãdaretur. Itaq́ ex decẽuiris Seruius Oppius & Appius Claudius ſuum priſtinum locum retinuerunt: cæteri octo contra hoſtes ſunt profecti. Ita factum, ut cum & in urbe & in caſtris turbarẽtur omnia, denuò ſeditio oriretur. Nam cum prætores in Sabinorum agrum impreſsionẽ feciſſent, L. Sicium rei bellicæ peritiſsimũ, & præcipuæ apud plebem autoritatis uirum, cum alijs ad occupandum caſtellum quoddam miſſum, per comites eius peremerunt. Rumore in caſtris ſparſo, eum unà cum alijs ab hoſtibus cæſum eſſe: milites ad cadauera tollẽda profecti, cum nullum hoſtile corpus, ſed ciuium complura undiq́ circa Sicium iacentia, & ad eum conuerſa uiderent, quos ſe defendẽdo occiderat: ſuſpicati, quid actum eſſet, & tumultuati ſunt. Huc aliud facinus acceſsit. Lucius Virginius homo plebeius, uirginem formoſiſsimam L. Icilio eiuſdẽ ordinis uiro deſpõderat: quam cum Claudius deperiret, nec tamen ea potiri poſſet, quibuſdam negocium dedit uirginis in ſeruitutem aſſerendæ. Quam cum pater è caſtris reuerſus defenderet, Claudius autem accuſatoribus, nemine opitulante, addiceret: pater dolore commotus, filia cultro interfecta, ſtatim ad milites properat: quos nec antè bene

Decemuiratus inſtitutur.

Decemuiratus ob L. Siccij & Virginiæ cædem abrogatur.

affectos

affectos ſic perturbauit, ut mox in urbem contra Claudium accurrerent. Alij quoque, qui cum Latinis pugnabant, ea re cognita, uallo deſerto congreſsi cum reliquis, uiris XX, ſumma rerum mandata, nihil modicum cogitarunt. Acceſsit etiam urbana multitudo, ac tumultum auxit. Interea Claudius præ metu ſe abſcondit. Oppius uerò coacto ſenatu, per internuncios multitudinem percontatur, quid ſibi uelit. Quæ cum L. Valerium & M. Horatium ſenatorij ordinis, ſed homines populares, ad ſe mitti poſtularet, per quos reſponſum datura eſſet, ijque miſsi non eſſent: ueritis decemuiris, ne contra ſe duces crearentur (iam enim omnes aderant) maior indignatio populi eſt exorta. Quia territus ſenatus, uel inuitis decemuiris, Valerium & Horatium ablegauit: compoſita'que controuerſia, tumultus autoribus data eſt impunitas, decemuiratu abrogato. Annui uerò magiſtratus cùm alij, tum Tribunorum, iiſdem conditionibus, quibus prius ſteterant, ſunt reuocati. Lecti cùm alij, tum Virginius, Oppium & Claudium in carcerem compegerunt: qui antequam cauſam dicerent, ſibi ipſi manus attulerunt. Reliquos accuſatos & damnatos in exilium eiecerunt.

Conſulatus dignitas plebis poteſtate imminuta. Cõſules uerò (quibus tum primùm id nomen factum eſſe fertur, cum antè Prætores uocarentur) Valerius & Horatius, & tum & deinceps multitudini addicti, plebeiorum opes magis quàm patrum firmarũt. Itaque patres imminuta autoritate neque facilè conueniebant, neque ullarum rerum poteſtatẽ prorſus ſibi uendicabãt.

Auſpicia Tribunorum. Quin Tribunis etiam in cõuentibus, auſpicijs utendi facultatẽ per honoris ſpeciem conceſſerunt (id enim munus ab antiquiſsimis tẽporibus ad ſolos patricios pertinebat) cum reuera id agerẽt, ne Tribuni & multitudo quiduis temerè agerẽt, ſed per cauſam auſpiciorũ aliquãdo impedirẽtur. Patricij & ſenatus irati Conſulibus, ut populi fautoribus, nec triumphũ decreuerunt, quãuis uterque hoſtes uiciſſet, & neutri diem de more aſsignarunt: ſed multitudo & biduum ferias celebrauit, & triumphũ illis decreuit. Ea diſcordia freti hoſtes, receptis animis Romanos inuaſerũt.

Plebeij conſulatũ ſibi uendicant. Anno ſequente, Marco Genutio & C. Curtio Coss. cõtentiones redintegratæ ſunt. Nam plebeijs conſulatũ expetentibus, quòd patricij ad plebẽ tranſeũtes tribunatum gererẽt: patricijs uerò acriter defendentibus, multa uiolẽter inuicem & dicta & facta ſunt. Ne quid uerò deterius ſequeretur, locupletes magiſtratũ ipſum plebi cõceſſerunt, ſed nomẽ nõ cõmunicarunt: dixerũtque Tribunos militares pro Coss. ne honoratũ uocabulum à promiſcua turba inquinaretur. Placuit igitur ternos ab utraque factione tribunos deligi, duorum Coss. loco. neque tamẽ horũ nomẽ penitus defecit, cum aliàs Coss. aliàs tribuni crearẽtur. Atque hæc ita eſſe acta traditum eſt. Dictatores autem non ſoli Conſules (quamuis eorũ autoritas, illorũ magiſtratu multo minor eſſet) ſed Tribuni

διακειμένους οὕτως ἐτάραξεν, ὥστε εὐθὺς ἐπὶ τὴν πόλιν πρὸς τὸν Κλαύδιον ἐπειχθῆναι. καὶ οἱ ἕτεροι δὲ οἱ ἐπὶ τοὺς Σαβίνους ἐστρατευμένοι, ἐπεὶ τοῦτ' ἔμαθον, τό τε τάφρευμα ἐξέλιπον· καὶ συμμίξαντες τοῖς λοιποῖς, ἄνδρας εἴκοσιν ἑαυτῶν προεστήσαντο, καὶ οὐδὲν μικρὸν ἐλογίζοντο πρᾶξαι. καὶ τὸ ἄλλο δὲ πλῆθος τὸ ἐν τῇ πόλει προσεχώρησεν αὐτοῖς, καὶ μετ' αὐτῶν ἐθορύβει. ἐν τούτοις ὁ μὲν Κλαύδιος φοβηθεὶς ἐκρύβη. Ὄππιος δὲ τήν τε βουλὴν ἤθροισε, καὶ πέμψας ἐπύθετο τοῦ πλήθους, τί βούλοιτο. οἱ δὲ τὸν Οὐαλλέριον Λούκιον καὶ τὸν Ὁράτιον Μάρκον, ἄνδρας ἐκ τῶν βουλευτῶν αὐτοῖς προσκειμένους, πεμφθῆναι σφίσιν ἐζήτησαν, ὥς τι δι' ἐκείνων ἀποκρινούμενοι. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐπέμφθησαν, φοβηθέντων τῶν δέκα ἀρχόντων (ἤδη γὰρ πάντες παρῆσαν) μὴ στρατηγοῖς αὐτοῖς κατ' αὐτῶν χρήσαιντο, ἔτι μᾶλλον ὠργίζοντο. φόβος οὖν τοῖς βουλευταῖς ἐμπεσὼν οὐ μέτριος ἐνέδωκε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ παρὰ γνώμην τῶν ἀρχόντων τόν τε Οὐαλλέριον σφίσι καὶ τὸν Ὁράτιον ἔπεμψαν, κἀκ τούτου συναλλαγῆς γενομένης, τοῖς μὲν θορυβήσασιν ἄδεια τῶν πραχθέντων ἐδόθη, καὶ ἡ δεκαρχία κατελύθη.

ὅτι ἡ δεκαρχία κατελύθη. αἱ δὲ ἐπέτειοι ἀρχαὶ αἵ τε λοιπαὶ καὶ αἱ τῶν δημάρχων ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς προνομίοις ἐπανῆλθον, ἐφ' οἷς πρώην ἦσαν. ἀποδειχθέντες δὲ ἄρχοντες ἄλλοι τε καὶ ὁ Οὐιργίνιος, τὸν μὲν Ὄππιον τόν τε Κλαύδιον εἰς δεσμωτήριον ἐνέβαλον, οἳ πρὶν δικασθῆναι ἑαυτοὺς διεχειρίσαντο. τοὺς δὲ λοιποὺς ἐγράψαντο, καὶ ἑλόντες ἐξήλασαν. οἱ δ' ὕπατοι (τότε γὰρ λέγεται πρῶτον ὑπάτους αὐτοὺς προσαγορευθῆναι, στρατηγοὺς καλουμένους τὸ πρότερον) ἦσαν δὲ Οὐαλλέριος καὶ Ὁράτιος, καὶ τότε καὶ μετέπειτα τῷ πλήθει προσέκειντο, καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἢ τοὺς εὐπατρίδας ἐκράτυναν. ἐλαττούμενοι οὖν οἱ εὐπατρίδαι οὔτε ῥᾳδίως συνελέγοντο, οὔτε τὰ πράγματα ἐπ' αὐτοῖς ἐποίουν παντάπασιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς δημάρχους οἰωνοσκοπίᾳ ἐν συλλόγοις χρῆσθαι δεδώκασιν, ὃ λόγῳ μὲν τιμὴν αὐτοῖς ἔφερε καὶ ἀξίωμα (μόνοις γὰρ τοῦτο ἐκ τοῦ πάνυ ἀρχαίου τοῖς εὐπατρίδαις ἐπετέτραπτο) ἔργῳ δὲ κώλυμα ἦν, ἵνα μὴ ῥᾳδίως οἱ δήμαρχοι καὶ τὸ πλῆθος ὅσα βούλοιντο πράξωσιν, ἀλλὰ προφάσει τῆς οἰωνοσκοπίας ἐμποδίζοιντο. ἀχθόμενοι δὲ τοῖς ὑπάτοις οἵ τε εὐπατρίδαι καὶ ἡ βουλή, ὡς τὰ τοῦ πλήθους φρονοῦσιν, οὐκ ἐψηφίσαντο σφίσι τὰ ἐπινίκια, πόλεμον ἑκατέρου νικήσαντος, οὐδ' ἡμέραν ἑκάστῳ ἀπένειμαν ὥσπερ εἰώθει. τὸ μέντοι πλῆθος ἐπὶ δύο τε ἡμέρας ἑώρτασε, καὶ τοῖς ὑπάτοις τὰ νικητήρια ἐψηφίσατο. οὕτως οὖν ἐς διαφορὰς τῶν Ῥωμαίων ἐλθόντων, οἱ ἐναντίοι σφίσιν ἀναθαρσήσαντες, ἐπῆλθον αὐτοῖς. τῷ δ' ἑξῆς ἔτει Μάρκου Γενουκίου καὶ Γαΐου Κουρτίου ὑπατευόντων ἐπ' ἀλλήλους ἐτράποντο. οἵ τε γὰρ τοῦ πλήθους καὶ ὑπατεύειν ἤθελον, ἐπείπερ ἐδημάρχουν οἱ εὐπατρίδαι πρὸς αὐτοὺς μεθιστάμενοι. καὶ οἱ εὐπατρίδαι λίαν τῆς ὑπάτου ἀρχῆς ἀντείχοντο, καὶ πολλὰ κατ' ἀλλήλων καὶ βιαίως ἔλεγόν τε καὶ ἔπραττον.

ὅτι χιλίαρχοι ἀντὶ ὑπάτων ἐκλήθησαν. ἵνα δὲ μή πρός τι χεῖρον χωρήσωσι, τοῦ μὲν ἔργου τῆς ἡγεμονίας οἱ δυνατοὶ αὐτοῖς παρεχώρησαν. τοῦ δὲ ὀνόματος οὐ μετέδωκαν, ἀλλ' ἀνθ' ὑπάτων χιλιάρχους ὠνόμασαν, ἵνα μὴ τὸ τῆς ὑπατείας ἔντιμον τῷ συρφετώδει ὁμίλῳ καταρρυπαίνηται. καὶ τρεῖς ἀφ' ἑκατέρων χιλιάρχους ἀντὶ τῶν δύο ὑπάτων αἱρεῖσθαι συνέθεντο, οὐ μέντοι τὸ τῶν ὑπάτων ἐξέλιπε τέλεον ὄνομα, ἀλλὰ ποτὲ μὲν ὕπατοι καθίσταντο, ποτὲ δέ γε χιλίαρχοι. οὕτω μὲν ταῦτα παραδίδονται γίνεσθαι, καίτοι οὐ μόνον τῶν ὑπάτων δικτάτορας ἀναπέντων, καὶ ταῦτα πολὺ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης ἐλαττουμένων, ἀλλὰ καὶ

χιλιάρ-

χιλιάρχων ὥσπερ τινὲς πεποιηκότων φασί. λέγεται δὲ, ὅτι οὐδεὶς τῶν χιλιάρχων, καίτοι πολλῶν πολλάκις νικησάντων, ἐπινίκια ἔπεμψεν. οἱ μὲν οὖν χιλίαρχοι οὕτω τότε ᾑρέθησαν. οἱ δὲ τιμηταὶ τῷ ἐχομένῳ ἔτει Βαρβάτου καὶ Μακρίνου Μαρκίνου ὑπατευόντων κατεδείχθησαν, καὶ ᾑρέθησαν Λούκιός τε Παπείριος καὶ Λούκιος Σεμπρώνιος. ἐχειροτονήθησαν δὲ, ὅτι οἱ ὕπατοι ἀδύνατοι ἦσαν πάντας διὰ τὸ πλῆθος ἐξαρκεῖν. τὰ γὰρ τοῖς τιμηταῖς ἀπονεμηθέντα προνόμια ἐκεῖνοι μέχρι τότε εἶχον. δύο τε ἦσαν οἱ τιμηταὶ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ τῶν εὐπατριδῶν. ἦρχον δὲ τὰ μὲν πρῶτα καὶ τὰ τελευταῖα ἐπὶ πενταετίαν. ἐν δὲ τῷ μέσῳ χρόνῳ ἐπὶ τρεῖς ἑξαμήνους, καὶ ἐγίγνοντο τῶν ὑπάτων μείζους, καίτοι μέρος τι ἐκείνων λαβόντες ἀρχῆς. ἐξῆν δὲ αὐτοῖς τάς τε προσόδους τὰς κοινὰς ἐκμισθοῦν, καὶ τῶν ὁδῶν καὶ τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τὰς ἀπογραφὰς τῆς ἑκάστου ὑπάρξεως διατελεῖν, καὶ τὸν βίον τῶν πολιτῶν ἐπισκοπεῖν τε καὶ ἐξετάζειν, καὶ τοὺς μὲν ἀξίους ἐπαίνου ἐς τὰς φυλὰς καὶ ἐς τὴν ἱππάδα καὶ τὴν γερουσίαν ἐγγράφειν, καθὼς ἑκάστοις προσήκειν ἐνομίζετο· τοὺς δ' ἐκτὸς βιοῦντας ἁπανταχόθεν ὁμοίως ἀπαλείφειν. ὃ μεῖζον πάντων ἦν τῶν τοῖς ὑπάτοις καταλειφθέντων. πίστεις δ' ὅρκους ἐφ' ἑκάστῳ ἐπεποίηντο, ὡς οὔτε πρὸς χάριν, οὔτε πρὸς ἔχθραν τι ποιοῦσι, ἀλλ' ἐξ ὀρθῆς γνώμης τὰ συμφέροντα τῷ κοινῷ καὶ σκοποῦσι καὶ πράττουσι. καὶ τὸν δῆμον ἐπί τε νόμων ἐσφορὰς, καὶ τοῖς ἄλλοις συνήθροιζον, καὶ τῷ τῶν μειζόνων ἀρχῶν κόσμῳ, πλὴν ῥαβδούχων, ἐχρῶντο. τοιαύτη ἡ τῶν τιμητῶν ὑπῆρχεν ἀρχή. τῶν μέντοι μὴ ἀπογραψαμένων τὰς οὐσίας ἐν ταῖς ἀπογραφαῖς καὶ ἑαυτοὺς, τὰς μὲν οὐσίας οἱ τιμηταὶ, αὐτοὺς δ' ἐκείνους οἱ ὕπατοι ἐπίπρασκον. χρόνῳ μὲν οὖν τινὶ ταῦθ' οὕτως ἐπράχθη. ὕστερον δὲ τὸν ἅπαξ τῇ βουλῇ καταλεχθέντα, διὰ βίου βουλεύειν ἔδοξε, μηδ' ἀπαλείφεσθαι, εἰ μή τις ἀδικήσας καὶ κριθεὶς ἠτίμωτο, ἢ κακῶς ζῶν ἠλέγχθη. τοὺς γὰρ τοιούτους ἀπήλειφον, καὶ ἀντ' αὐτῶν ἑτέρους ἐνέγραφον. τῶν δὲ πρὸς καιροὺς ἀρχόντων πρωτεῖα μὲν ἐδίδοτο τοῖς δικτάτορσι, δευτερεῖα δὲ γε τοῖς τιμηταῖς, ἡ δὲ τρίτη τάξις τοῖς ἱππάρχοις νενέμητο. καὶ οὕτω ταῦτα ἐτέτακτο, κἂν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὦσιν, κἂν ἀπηλλάγησαν. εἰ γάρ τις ἐκ μείζονος ἀρχῆς εἰς ὑποδεεστέραν κατέστη, τὸ τῆς προτέρας ἀξίωμα εἶχεν ἀκέραιον. ἕνα δέ τις, ὃν πρόκριτον μὲν τῆς γερουσίας ὠνόμαζον (λέγοιτο δ' ἂν καθ' Ἕλληνας πρόκριτος) συμπάντων προεῖχε τὸν χρόνον ἐν ᾧ προκεκρίτο (οὐ γὰρ διὰ βίου τις ὡς τὰ πολλὰ προεχειρίζετο) καὶ προέφερε τῶν ἄλλων τῷ ἀξιώματι, οὐ μὴν καὶ δυνάμει ἐχρῆτο τινί. χρόνον μὲν οὖν τινὰ εἰρήνην πρός τε ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς πολεμίους ἦγον. λιμοῦ δ' ἐπικρατήσαντος, ὥς τινας καὶ εἰς τὸν ποταμὸν ἑαυτοὺς ἐμβαλεῖν, μὴ φέροντας τὸν λιμὸν, ἐστασίασαν. οἱ μὲν γὰρ τοὺς δυνατοὺς ὡς τὸν σῖτον κακουργοῦντας ἐν αἰτίᾳ ἐπεποίηντο, οἱ δὲ τοὺς πένητας ὡς τὴν γῆν μὴ βουλομένους ἐργάζεσθαι. ἱππεὺς δὲ τις Σπούριος Μαίλιος, ἀνὴρ ἱππεὺς πλούσιος, τὸν ἐκ τῶν περιχώρων σῖτον ἐκ τῶν προχώρων ὠνούμενος, πολλοῖς μὲν ἐπευωνίζων, πολλοῖς δὲ καὶ προῖκα ἐδίδου, κἀκ τούτου συχνοὺς προσποιησάμενος, ὅπλα τε ἐποιήσατο καὶ φρουροὺς, καὶ ἐκράτησεν ἂν τῆς πόλεως, εἰ μὴ Μινούκιος Αὐγουρῖνος ἀνὴρ εὐπατρίδης, ἐπὶ τῇ σιτοδείᾳ τεταγμένος, καὶ αἰτιώμενος ἐπὶ τῇ σιτοδείᾳ, ἀνήγγειλε τῇ βουλῇ τὸ πραττόμενον. ἡ δὲ γερουσία μαθοῦσα τὸ μήνυμα, δικτάτορα παραυτίκα ἐν τῷ συνεδρίῳ

περὶ τιμητ.

[illegible]

[illegible]

Tribuni etiam aliquando deſignarunt. Fertur tamen nullus unquam Tribunus triumphaſſe, quamuis multi ſæpe hoſtes uiciſſent. Ac Tribuni tum hoc modo creati ſunt. Cenſores uerò anno ſequente, Barbaro & M. Macrino Coss. deſignati ſunt L. Papyrius, & L. Sempronius. Eorum creandi cauſa fuit, quòd Coss. ob multitudinem omnia negocia exequi non poterant. Nam iura Cenſoribus attributa ad id uſq; tempus tenuerant. Ac principiò bini fuere Cenſores patricij, qui initiò & poſtremò ad quinquennium imperarunt: interiecto uerò tempore, menſes XVIII. ipſisq; Coss. quamuis parte duntaxat poteſtatis eorum accepta, ſuperiores euaſerunt. Muneris eorum fuit, publica uectigalia elocare, uias & publica ædificia curare, cuiuſq; facultates deſcribere, mores ciuiũ obſeruare & explorare: ac laude dignos, in tribus, in ordinem equeſtrem, in ſenatum referre, pro cuiuſq; meritis: improbæ uitæ homines eodem modo ex albo delere. id quod maius erat ijs omnibus, quæ Conſulibus relinquebantur. Dabant autem in unoquoq; iuſiurandum, ſe nec gratia nec odio quicquam acturos: ſed ſincero animo, ea quæ è Repub. eſſent, & deliberaturos, & acturos. Populum item ad rogandas leges, aliaq; munia conuocabant: & maiorum magiſtratuum ornamentis, lictoribus exceptis, utebãtur. Ac tale Cenſorum munus fuit. Qui uerò, cum cẽſus agebatur, ſua nomina & facultates profeſsi non erant, eorum facultates à Cenſoribus, ipſi à Conſulibus uendebantur. Et hæc ad tempus aliquod ſic acta ſunt. Pòſt conſtitutum eſt, ut qui ſemel in ſenatum lectus eſſet, per omnem ætatem in eo maneret: neque deleretur ex albo, niſi ob facinus ignominioſo iudicio condemnatus eſſet, aut improbæ uitæ conuictus. Talibus enim in ordinem coactis, alios in eorum locum ſubſtituebant. In magiſtratibus temporum cauſa inſtitutis, principem obtinebãt locum Dictatores, proximum Cenſores, tertiũ magiſtri equitum. qui ordo, ſiue in magiſtratu eſſẽt, ſiue eo abijſſent, obſeruabatur. Quód ſi ad humilius munus deſcendiſſent, priorem dignitatem inuiolatam obtinebant. Vnus quidam princeps ſenatus per id tempus, dum is honos durabat (neque enim perpetuus erat) omnibus dignitate, non potentia pręſtabat. Ad hunc modum pace ad tempus domi & foris conſtituta, tanta fames urbem oppreſsit, ut quidam inediam non ferentes, in flumen ſe præcipitarent. Vnde orta ſeditione, pauperes diuitibus annonæ ſuppreſsionem, diuites pauperibus agriculturæ neglectum crimini dabant. Qua de cauſa Sp. Melius eques, homo diues, coemptum à finitimis frumentum, alijs minoris uendidit, alijs gratuitò dedit. Eaq; re multis ſibi conciliatis, ſpe regni cõcepta, arma & ſatellites comparauit. Atque urbe potitus eſſet, niſi Minutius Augurinus uir patricius, rei frumentariæ præfectus, cum ob annonæ penuriam accuſaretur, rem ad Senatum detuliſſet. Qui ſtatim

Cenſuræ inſtitutio.

Princeps ſenatus.

Sp. Melius regno affectato occiditur.

L. Quintium Cincinnatum Dictatorem dixerunt, uirum exactæ ætatis, annum agentem LXXX. atque in curia totum diem deliberantium ſpecie conſederunt, ne id decretum forás eliminaretur. Noctu Dictator Capitolium & alia opportuna loca per equites occupat. Mané C. Seruilium magiſtrũ equitum ad Melium mittit, quaſi per aliam cauſam accerſendum. At ille Melium aliquid ſuſpicantem & tergiuerſantem, ueritus ne concurſu populi eriperetur, interficit, ſiue ſuopte conſilio, ſiue Dictatoris iuſſu. Ob quod factum tumultuante multitudine, Quintius concione habita, & frumento diſtributo, accuſato multatoque nemine, motum eum ſedauit. Deinde Romani bellis petiti á diuerſis gentibus, cæteras paucis diebus uicerunt, ſed cum Tyrrhenis longo tempore decertarunt. Milites, cum Poſthumius uictis Aequis magnam eorum urbem expugnatam, non diripiendam dediſſet, neque ex manubijs quicquam conceſsiſſet: quæſtorem primùm, deinde ipſum etiam Poſthumium, obiurgantem, & cædis autores ad ſupplicium poſtulantem, occiderunt. neque recéns captum duntaxat, ſed omnem publicũ agrum ſibi uendicarunt. Ac diuturna fuiſſet illa ſeditio, niſi belli ab Aequis redintegrati terrore quieuiſſent. Cædium pœna in paucis conſumpta, hoſtes uicerunt. Quamobrem potentes & manubias inter eos diſtribuerunt: & pediti, deinde etiam equiti ſtipendia decreuerunt. Nam ad id uſque tempus ſine mercede, ac ſuis impenſis militarant: ac tum demum ſtipendia merere cœperunt. Bello aduerſus Veientes orto, dum illi ſuo Marte pugnabant, á Romanis ſæpe uicti, & intra mœnia compulſi ſunt. Sed ſociorum uiribus aucti, eruptione ex urbe facta, Romanos profligarunt. Interea lacus Albanus, tumulis undique ſeptus, cum nullum haberet aqua exitum, dum Veij obſidebantur, ita inundauit, ut aqua ultra montes euoluta, ad mare decurreret. Quo cum Romani diuinitùs portendi aliquid crederent, Delphicum oraculum conſuluerunt. Erat & apud Veientes Tyrrhenus uates, qui cũ Pythia conſentiebat. Ambo enim urbem expugnatum iri affirmabant, ſi quæ exundaſſet aqua, in mare non decurreret, ſed alibi cõſumeretur. & quædam ſacra fieri iuſſerunt. Verùm Apollo nec quibus dijs, nec quo ritu immolandum eſſet, declarauit. Tyrrhenus autem cum ea ſcire uideretur, celabat. Itaque Romani circa mœnia, ubi cum eo colloqui ſolebant, diſpoſiti, ſimulata amicitia, cùm alijs in rebus eum bono animo eſſe iuſſerunt, tum impunè in caſtra exire permiſerunt: & comprehenſum, omnia quæ facto eſſent opus, effari coegerunt. Ex illius igitur præceptis rem diuinam fecerunt: perfoſſoque tumulo, aquam redundantem occultis meatibus in campũ emiſerũt, in quo omnis conſumpta eſt, nec in mare quicquã influxit. Hoc peracto, M. Furius Camillus Dictator creatus, cum im-

Poſthumij cædes à militibus.

Stipẽdia militibus decreta.

Veiorum excidium.

Lacus Albani exundatio.

δικτάτωρ ἀνεῖπε τὸν Κοΐντιον τὸν Λούκιον τὸν Κικιννάτον, καὶ τοῦτο παρήλικα ὄντα (ὀγδοηκοντούτης γὰρ ἦν) ἐκεῖ τὴν ἡμέραν πᾶσαν ἀνάλωσαν συγκαθήμενοι, ὥς τι δὴ βουλευόμενοι, ἵνα μὴ τὸ γεγονὸς ἐκφοιτήσῃ. νυκτὸς δ' ὁ δικτάτωρ τὸ Καπιτώλιον καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἐπικαιρότατα διὰ τῶν ἱππέων προκατέλαβεν, ἕωθεν δὲ τὸν Μάλλιον ἔπεμψε Γάϊον Σερουίλιον τὸν ἵππαρχον, ὡς δι' ἄλλο τι ἐκεῖνον μετακαλούμενος. ὁ δὲ ὑποτοπήσαντός τι τοῦ Μαλλίου καὶ διαμέλλοντος, δείσας μὴ ὑπὸ τοῦ πλήθους ἐξαρπασθῇ (ἤδη γὰρ συνέτρεχον) ἔκτεινε τὸν ἄνδρα, ἢ αὐτογνωμονήσας, ἢ οὕτω κεκελευσμένος πρὸς τοῦ δικτάτορος. θορυβηθέντος δὲ ἐπὶ τούτῳ τοῦ πλήθους, ὁ Κοΐντιος δημηγορήσας, καὶ σῖτον σφίσι παρασχὼν, καὶ μή τινα ἕτερον ἢ κολάσας, ἢ ἐπαιτιασάμενος, τὸν θόρυβον ἔπαυσε. πολέμου δὲ τοῖς Ῥωμαίοις ἐκ διαφόρων ἐθνῶν ἐπεγηγερμένου, τοὺς μὲν ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἐνίκησαν, τοῖς δὲ Τυρσηνοῖς ἐπὶ μακρὸν ἐπολέμησαν. Ποστουμίου δὲ στρατηγοῦντος τοὺς Αἰκουούς, καὶ μεγάλην πόλιν ἑλόντος αὐτῶν, ὅτι μήτ' ἐκείνην οἱ στρατιῶται ὡς πορθουμένην ἐξεχωρήθησαν, μήτε τι τῶν λαφύρων αὐτοῖς περιέλαβον, τόν τε ταμίαν τὸν διατιθέμενον αὐτὰ πρῶτον αὐτοὶ ἐφόνευσαν, καὶ τὸν Ποστούμιον ἐπιτιμῶντα αὐτοῖς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ζητοῦντα τοὺς αὐτόχειρας, προσκατέκτειναν, καὶ τὴν χώραν οὐ τὴν αἰχμάλωτον μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν προσένειμαν ἑαυτοῖς τὴν ἐν τῷ δημοσίῳ τότε τυγχάνουσαν. κἂν ἐπὶ πλεῖστον ἡ στάσις διήρκεσεν, εἰ μὴ πόλεμος αὖθις Ῥωμαίοις παρὰ τῶν Αἰκουῶν ἐπεγήγερτο. φοβηθέντες γὰρ διὰ τοῦτο ἡσύχασαν, καὶ τὴν τιμωρίαν τῶν φόνων εἰς ὀλίγους ἐλθοῦσαν ὑπέμειναν, καὶ ἐπὶ τοῦ φιλοτίμως στρατευσάμενοι, μέχρι αὐτοὺς νενικήκασι. διὸ τήν τε λείαν αὐτοῖς οἱ δυνατοὶ δεδώκασι, καὶ μισθὸν τοῖς πεζοῖς, εἶτα καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ἐψηφίσαντο. ἀμισθὶ γὰρ μέχρι τότε καὶ οἰκόσιτοι ἐστρατεύοντο, τότε δὲ πρῶτον μισθοφορεῖν ἤρξαντο. πολέμου δὲ αὐτοῖς πρὸς Οὐηιέντας συστάντος, ἕως μὲν καθ' σφᾶς ἐπολέμουν ἐκεῖνοι, πολλάκις αὐτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι ἐνίκησαν, καὶ εἰς πολιορκίαν κατέστησαν. προσγενομένων δὲ αὐτοῖς συμμάχων, ἐπεξῆλθον τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ ἐκράτησαν. ἐν τούτοις δὲ καὶ πρὸς τῷ ὄρει τῷ Ἀλβανῷ οὖσα λίμνη ὑπὸ τῶν πέριξ αὐτὴν περικεκλεισμένη λόφων, καὶ μὴ ἔχουσα ἐκροήν, κατὰ τὸν τῆς πολιορκίας τῶν Οὐηιέντων καιρὸν ἐς τοσοῦτον ἐπλημμύρησεν, ὡς ὑπερεκχυθῆναι καὶ τῶν ὀρῶν, καὶ κατενεχθῆναι πρὸς θάλασσαν. κρίναντες δ' οἱ Ῥωμαῖοι πάντως τι διὰ τούτου θεῖον σημαίνεσθαι, ἔπεμψαν ἐς Δελφοὺς περὶ τούτου χρησόμενοι. ἦν δέ τις καὶ παρὰ τοῖς Οὐηιένταις Τυρσηνὸς ἀνὴρ μαντικός. ἐς ταὐτὸν οὖν ἥ τε Πυθία καὶ ἡ ἐκείνου μαντεία συνέδραμον· καὶ ἄμφω γὰρ ἁλώσεσθαι τὴν πόλιν ἔφην, ὅταν τὸ ὕδωρ τὸ πλημμυροῦν μὴ ἐς θάλασσαν ἐμπέσῃ, ἀλλ' ἀναλωθὲν ἐκτραπῇ. καί τινας ἱερουργίας διὰ τοῦτο γενέσθαι ἐκέλευσαν. ἀλλ' ὁ μὲν Πύθιος οὔτε τίσι θεῶν, οὔθ' ὅπως αὐτὰς ποιῶσι, διεσάφησεν· ὁ δὲ Τυρσηνὸς, ἐῴκει μὲν εἰδέναι, οὐκ ἤθελε δὲ ἐκλαλεῖν. οἱ γοῦν περὶ τὸ τεῖχος, ἔνθα ἐκεῖνος ὡμίλει, τεταγμένοι Ῥωμαῖοι, φιλίαν πρὸς ἐκεῖνον ὑποκριθέντες, τά τε ἄλλα θαρρεῖν αὐτῷ ἐνεδίδουν, καὶ ἀδεῶς ἐπὶ στρατόπεδον ἐκφοιτᾶν· καὶ οὕτω συλλαβόντες αὐτὸν, πάντα τὰ καθήκοντα λέγειν ἠνάγκασαν, καὶ κατὰ τὴν ὑποθήκην ἐκείνου τάς τε θυσίας ἐποίησαν, καὶ τὸν λόφον διέτρησαν, καὶ τὸ πλεονάζον ὕδωρ ἐς τὸ πεδίον κρυπτῇ διώρυχι μετοχετεύσαντες, ὥσθ' ἅπαν ἐν αὐτῷ ἀναλίσκεσθαι, καὶ μή τι καταρρεῖν ἐς θάλασσαν. ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἐγένετο, καὶ δικτάτωρ ᾑρέθη Μάρκος Φούριος Κάμιλλος, ὃς προσβαλὼν τῇ

τότε μισθοφορεῖν τὸ στρατιωτικὸν ἤρξατο.

τί σημαίνει, ὅταν ὕδωρ ἐν ἀφθονίᾳ φαίνηται.

βὼν τῇ πόλει, ἐπεὶ οὐδὲν ἤνυεν, ὑπόγειον ὠρύξατο δίοδον πόῤῥωθεν ἀρξάμενος, ἐς τὴν ἀκρόπολιν φέρουσαν. παρασκευασμένου δὲ ἤδη τοῦ ὑπονόμου, ἐπεὶ πολλοὶ καὶ ἐκ τῆς Ῥώμης αὐτῷ προσεχώρησαν ἐθελονταὶ, περιελθὼν ἐκείνους, προσέβαλε τῇ πόλει, καὶ πανταχόθεν τὸ τεῖχος ἐκύκλωσε. τῶν δὲ φρουρῶν πρὸς πάντα τὸν περίβολον σκεδασθέντων, ἔλαθον ἕτεροι διὰ τῶν ὑπονόμων γεγονότες ἐντός. ἁλούσης δὲ τῆς πόλεως, καὶ τῶν Ῥωμαίων διαρπαζόντων τὰ ἐν αὐτῇ, ὁρῶν ἐκ τῆς ἄκρας ὁ Κάμιλλος τὰ πραττόμενα, ἐστέναξε, καὶ ἐδάκρυσε, καὶ ὦ θεοί, ἔφη, εἴ τις Ῥωμαίοις ἐφάλλεται νέμεσις τῆσδε τῆς εὐπραγίας ἀντίῤῥοπος, εὔχομαι ταύτην εὐχερῆ ἐμοῦ τὴν πεῖραν ποιησαμένου. αὖθις δὲ καὶ κρατῆρα χρυσοῦν, ἐκ τοῦ τῶν γυναικῶν κόσμου πεποιημένον, ἀνθ' οὗ τιμὰ αὐταῖς παραχρῆμα ἐψηφίσθη. ἡ δ' ἦν, τὸ ἐπ' ὀχημάτων αὐτὰς ἐς τὰς πανηγύρεις φοιτᾶν, αὐτοποδὶ βαδιζούσας πρότερον ἐς αὐτάς. τὸν δὲ Κάμιλλον προσώχθισεν ὁ δῆμος, καὶ ἐνεμέσησε τὸ μὲν, ὅτι τὴν δεκάτην τῶν λαφύρων οὐκ ἐν τῷ διαρπάζεσθαι ταῦτα, ἀλλὰ χρόνου παρελθόντος ἐξεῖλε τῷ θεῷ· τὸ δ' ὅτι τά τε ἄλλα σοβαρῶς ἐνεανιεύσατο, καὶ πρῶτος Ῥωμαίων λευκῷ τεθρίππῳ τὰ ἐπινίκια ἔπεμψεν. ἡ δὲ τῶν ἐπινικίων πομπὴ, ἣν καὶ θρίαμβον ἐκάλουν, τοιάδε τις ἐγίνετο. ὅτε τι κατορθώθη μέγα καὶ ἐπινικίων ἄξιον, αὐτοκράτωρ αὐτίκα ὁ στρατηγὸς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ὠνομάζετο, καὶ κλῶνας δάφνης περιέδει ταῖς ῥάβδοις, καὶ τοῖς δρομοκήρυξι, τοῖς τὴν νίκην καταγγέλλουσι τῇ πόλει, κομίζειν ἐδίδου. ἐλθὼν δ' οἴκαδε τὴν γερουσίαν συνήθροιζε, καὶ ᾔτει ψηφισθῆναί οἱ τὰ ἐπινίκια. καὶ εἰ ἔτυχε ψήφου παρά τε τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου, ἐβεβαιοῦτο αὐτῷ καὶ ἡ ἐπωνυμία τοῦ αὐτοκράτορος. καὶ εἰ μὲν ἐν τῇ ἀρχῇ ἦν ἔτι, ἐν ᾗ τυγχάνων ἐνίκησε, ταύτῃ καὶ πανηγυρίζων ἐκέχρητο. εἰ δ' ὁ χρόνος παρεληλύθει τῆς ἀρχῆς, ἄλλο τι πρόσφορον αὐτῇ ἐλάμβανεν ὄνομα. ἰδιώτῃ γὰρ νικητήρια πέμψαι ἀπείρητο. ἐνσκευασάμενος δὲ τῇ ἐπινικίῳ σκευῇ, καὶ περιβραχιόνια λαβὼν, στέφανόν τε δάφνης ἀναδησάμενος, καὶ κλάδον κρατῶν ἐν τῇ δεξιᾷ, τὸν δῆμον συνεκάλει· καὶ ἐπαινέσας τοὺς συστρατευσαμένους αὐτῷ καὶ κοινῇ, καὶ ἰδίᾳ τινὰς, ἐδωρεῖτο μὲν σφίσι χρήματα. ἐτίμα δὲ καὶ κόσμῳ, περιβραχιόνιά τε τισὶ, καὶ δόρατα ἀσίδηρα παρεῖχε. καὶ στεφάνους, τοῖς μὲν χρυσοῦς, τοῖς δὲ ἀργυροῦς ἐδίδου, τοὔνομά τε ἑκάστου καὶ τῆς ἀριστείας φέροντας τὸ ἐκτύπωμα. εἰ γὰρ τείχους τις πρῶτος ἐπέβη, καὶ τείχους ὁ στέφανος εἶδος ἔφερε· εἰ καὶ ἐξεπολιόρκησέ τι, καὶ τοῦτο κἀκεῖνο εἰκόνιστο. ἐναυκράτησέ τις, ναυσὶν ὁ στέφανος ἐκεκόσμητο. ἱπποκράτησέ τις, ἱππικόν τι ἐξετετύπωτο. ὁ δὲ πολίτην τινὰ ἐκ μάχης, ἢ ἑτέρου κινδύνου, ἢ ἐκ πολιορκίας σώσας, μέγιστον τε ἔσχε τὸν ἔπαινον, καὶ ἐλάμβανε στέφανον γινόμενον ἐκ δρυὸς, ὃς πολὺ πάντων καὶ τῶν ἀργυρῶν καὶ τῶν χρυσῶν ὡς ἐντιμότερος προτετίμητο. καὶ οὐ κατ' ἄνδρα μόνον ἀριστεύσαντι ταῦτα ἐδίδοτο, ἀλλὰ καὶ λόχοις καὶ στρατοπέδοις ὅλοις παρείχετο. καὶ τῶν λαφύρων πολλὰ μὲν τοῖς στρατευσαμένοις διενέμετο. ἤδη δὲ τινὲς καὶ παντὶ τῷ δήμῳ δίδοσαν, καὶ ἐδαπάνων εἰς τὴν πανήγυριν, καὶ ἐδημοσίευον. καὶ εἴ τι περιελέλειπτο, εἰς ναοὺς, εἰς στοὰς, ἢ καί τι ἕτερον δημόσιον ἔργον ἀνήλισκον. ταῦθ' ὁ πομπεύων ποιήσας, ἐς ἅρμα ἀνέβαινεν. ἦν δὲ τὸ ἅρμα οὔτ' ἀγωνιστικὸν, οὔτε πολεμιστηρίῳ ἐμφερὲς, ἀλλ' ἐς πύργου περιφερῆ τρόπον ἐξείργαστο. καὶ οὐ μόνος ἦν ἐν τῷ ἅρματι, ἀλλ' εἴ γε καὶ παῖδας ἢ συγγενεῖς

[illegible]

cum impetu in mœnia facto nihil profeciſſet, à longinquo auſpicatus, cuniculo in arcem acto, & militibus à Roma uoluntarijs auctus, urbem corona circundedit: & ciuibus in mœnia diſperſis, alij per cuniculum clam in urbem penetrarunt. Cum urbem captam diripi uideret, illachrymaſſe, & cum ſuſpirio dixiſſe fertur: Si cui deorum hominumq́ nimia ſua fortuna, populiq́ Romani uideretur, ut eam inuidiam lenire quàm minimo ſuo priuato incommodo, publicoq́ Romani populi liceret. Tum Iunoni regiæ templum in Auentino locauit, dedicauitq́ Matutæ matris, quod antè uouerat. Dedicauit etiam craterem aureum, ex muliebribus ornamentis conflatum. Pro quo ſtatim eis honos decretus eſt, ut curribus ad ſolennia feſta ueherentur, ad quæ pedibus prius ire ſolitæ erant. Camillum autem indignatio atque inuidia populi ſuſcepit, tum ob decimam Apollini non in direptione urbis, ſed tempore elapſo exemptam: tum quòd in triumpho, præter cætera inſolentius acta, candidos equos currui iunxiſſet. Fuit autem triumphi huiuſmodi ratio. Re bene geſta, iuſtaq́ parta uictoria, dux ſtatim à militibus Imperator appellatus, faſces laureatos per curſores in urbem mittebat. Domum reuerſus, conuocato ſenatu, decerni ſibi triumphum petebat: ac ſuffragijs à ſenatu populo'que impetratis, Imperatoris cognomen tum ei confirmabatur. Quòd ſi adhuc magiſtratum gerens aliquem, uicerat, eo etiam in celebritate utebatur. Sin tempus exierat, aliud nomen ſibi accommodatum aſſumebat. Priuato enim triumphare non licebat. Triumphali habitu ornatus, armillis ſumptis, laurea ſedimitus, & ramum dextra tenens, populum conuocabat. Et militibus publicè, quibuſdam etiam ſeorſim laudatis, pecuniam donabat, & ornamenta: ut armillas, haſtas ſine ferro, & coronas alijs aureas, alijs argenteas, expreſſo in ijs nomine & facinore uiri. Nam qui murum primus conſcenderat, aut caſtellum expugnarat, ei muralis & obſidionalis dabatur. Qui claſſe uicerat, eius corona ſpecie nauium erat. Si equeſtri pugna uicerat, aliquid equeſtre effingebatur. Qui ueſò ciuem in prælio, obſidione, alio'ue periculo liberarat, cùm ſummam laudem aſſequebatur, tum quernam coronam accipiebat, cuius honos omnibus argenteis & aureis præferebatur. Hæc dona non uiritim tantum, ſed & cohortibus & exercitibus totis præbebantur. Spoliorum magna pars inter milites diſtribuebatur. Fuerunt etiam, qui toti populo ſumptus ad ſpectacula publica largirentur. Quod ſupererat, in fana, in porticus, & alia publica opera conſerebant. His triumphator peractis, currum conſcendebat, neq; bellicis, neq; ijs ſimilem, quorum in ludis uſus eſt, ſed inſtar turris rotundæ confectum. Neque ſolus eo uehebatur: ſed ſi liberos, aut

M. Furius Dictator de Veientibus triumphat.

Triumphi deſcriptio.

cognatos aliquos habebat, uel ſuas uel illorum puellas & puellos in eo collocabat, grādiores equis iugalibus & anterioribus imponebat. Si plures erant, equis ſingularibus uictorē comitabantur. Cęterorum ciuium equitabat nemo, ſed laureati omnes ſequebātur. Vnus item publicus miniſter in ipſo curru uehebatur, coronam auream gemmis interpolatā ſupra caput eius tenens, & retrò uidere iubens. quo monebat, ut reliquæ uitæ curſum prouideret, nec eo honore elatus ſuperbiret. Appenſa quoq; erat currui nola & flagellū: quæ innuebant, cum in tantas calamitates poſſe incidere, ut aut flagris cæderetur, aut capitis dānaretur. Nam qui ob facinus extremo ſupplicio afficiebantur, nolas geſtare ſolebant: ne quis inter eundum, contactu illorum piaculò ſe obſtringeret. Sic autem exornati urbem ingrediebantur, ſpolijs & uictoriæ inſignibus antecedentibus, in quibus expreſſa erant caſtella, urbes, montes, fluuij, paludes, maria, denique omnia quæ capta erant. Quòd ſi pompa uno die peragi non poterat, ſecundus & tertius ſumebatur. Iis rebus præmiſsis, triumphator in forū Romanū delatus, aliquot captiuis in carcerē duci occidiq; iuſsis, in Capitolium inuehebatur: ibiq; aliquot cerimonijs peractis, & donarijs dedicatis, cum in porticibus ibi cœnatus eſſet, ueſperi tibijs & fiſtulis antecedentibus domū redibat. Ac triumphus olim huiuſmodi fuit: ſed ſeditiones & factiones plurima in eis innouarunt. Etſi autem plebs, ut iam dictū eſt, Camillū oderat, tamen ob bellū Faliſcum neceſſariò Tribunū militum deſignant. Qui cum prælio uiciſſet, urbis ualidæ, cui Falerij nomē erat, obſidione nihil proficiebat. Quam ciues ita contēnebant, ut eorum liberi cum præceptore iuxta mœnia deambularēt, & exercitationes frequētarent. Itaq; Romani re infecta diſceſſuri erāt, niſi caſu retenti eſſent. Is enim præceptor, ſiue ex offēſa aliqua, ſiue lucri ſpe ciuibus inſidiās, quotidie pueros prope mœnia prima perducebat, eosq; peractis exercitationibus ſtatim reducebat. Denique omnes in excubias Romanorū cōiectos, ad Camillum duci iuſsit: eiq; dixit, per eos pueros ſe totam illi urbem tradere. Camillus id facinus deteſtatus, Imperatori ſuapte uirtute, non aliena improbitate freto, bella gerenda eſſe dixit. Ac magiſtrum nudatum, manibus poſt tergum illigatis, reducendū Falerios pueris tradidit: uirgis & flagellis datis, ut proditorem uerberibus in urbem agerēt. Proditione cognita, concurſuq; uirorum & mulierū lamentantium in mœnia facto, pueri magiſtrū nudum adducūt. Quo ſpectaculo pmoti Faliſci, re cognita, ultro deditionē Camillo fecerunt, ſe illius tam iuſtum imperiū ſuę libertati pręponere profeſſi. Qui cum accepta pecunia, dataq; pace receſſiſſet: milites direptione Faleriorū fruſtrati, populi odiū ei obiecerūt: ac magis aucta inuidia, repetūdarū accuſatus eſt, ut q Tyrrhenā prædā ſurripuiſſet, nec in ęrariū inde quicq̃ intuliſſet.

Vnde

Triumphator retrò uidere iubetur, appenſa curru nola & flagello.

Faliſci Camillo deditionem faciunt.

συγγενεῖς τινας εἶχε, ἐκείνων τὰς μὲν κόρας καὶ τὰ ἄρρενα τὰ νεογνὰ ἐν αὐτῷ ἀνεβίβαζε, τοὺς δὲ ἀδροτέρους ἐπὶ τοὺς ἵππους τούς τε ζυγίους καὶ τοὺς σειραφόρους ἀνετίθετο. εἰ δὲ πλείους ἦσαν, ἐπὶ κελήτων τῷ πομπεῖ παριππεύοντες συνεπόμπευον. τῶν δ' ἄλλων οὐδεὶς ὠχεῖτο, ἀλλ' ἐστεφανωμένοι δάφναις πάντες ἐβάδιζον. οἰκέτης μέντοι δημόσιος ἐπ' αὐτοῦ παρωχεῖτο τοῦ ἅρματος, τὸν στέφανον τὸν λίθων τῶν χρυσολίθων ὑπερανέχων αὐτοῦ, καὶ ἔλεγε πρὸς αὐτόν, ὀπίσω βλέπε, τὸ κατὰ τὴν δηλαδὴ καὶ τὰ ἐφεξῆς προσκοπεῖν τοῦ βίου, μηδ' ὑπὸ τῶν παρόντων ἐπαρθῆναι καὶ ὑπερφρονῆσαι. καὶ κώδων ἀπήρτητο, καὶ μάστιξ τοῦ ἅρματος, ἐνδεικνύντα καὶ δυστυχῆσαι αὐτὸν δύνασθαι, ὥστε καὶ αἰκισθῆναι, ἢ καὶ καταδικασθῆναι θανεῖν. οἱ γὰρ ἐπί τινι ἀτοπήματι καταδικασθέντες θανεῖν, νενόμιστο κωδωνοφορεῖν, ἵνα μηδεὶς βαδίζουσιν αὐτοῖς ἐγχριμπτόμενος μιάσματος ἀναπίμπληται. οὕτω δὲ σκευασθέντες εἰσῄεσαν εἰς τὴν πόλιν, ἔχοντες προπέμποντα σφῶν τὰ σκῦλα τε καὶ τὰ τρόπαια, καὶ ἐν εἰκόσι τά τε αἰχμάλωτα φρούρια ἐσχηματισμένα, πόλεις τε καὶ ὄρη, καὶ ποταμούς, λίμνας, θαλάσσας, τά τε σύμπαντα ὅσα ἑαλώκεσαν. καὶ εἰ μὲν μία ἡμέρα ἐξήρκει πρὸς τὴν τούτων πομπήν· εἰ δὲ μή, καὶ ἐν δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ ἐπετελεῖτο. προδιελθόντων δ' ἐκείνων, οὕτως ὁ πομπεὺς εἰς τὴν ῥωμαϊκὴν κομισθεὶς ἀγοράν, καὶ τῶν αἰχμαλώτων τινὰς εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπαχθῆναι καὶ θανατωθῆναι κελεύσας, ἀνήλαυνεν ἐς τὸ καπιτώλιον, καί τινας ἐκεῖ τελετὰς πληρώσας, καὶ προσαγαγὼν ἀναθήματα, καὶ παρὰ ταῖς ἐκεῖ δειπνήσας στοαῖς, πρὸς ἑσπέραν οἴκαδε μετ' αὐλῶν καὶ συρίγγων ἀπήρχετο. τοιαῦτα μὲν ἦσαν πάλαι τὰ νικητήρια. αἱ δὲ στάσεις, αἵ τε δυναστεῖαι πλεῖστα ἐνεωτέρισαν ἐπ' αὐτοῖς. εἰ δὲ καί, ὡς ἤδη ἱστόρηται, ὁ δῆμος ἐμίσει τὸν κάμιλλον, ἀλλ' ὁ πρὸς φαλίσκους πόλεμος ἐπήγαγε σφίσι χιλίαρχον ψηφίσασθαι αὐτόν, καὶ αὐτοὺς μὲν ἐνίκησαν μαχεσάμενοι. πολιορκοῦντες δὲ πόλιν αὐτῶν ὀχυρωτάτην, φαλερίους ὀνομασμένην, οὐδὲν ἤνυον. οὕτω γὰρ τῆς πολιορκίας οἱ τῆς πόλεως κατεφρόνουν, ὡς καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν παρὰ τὰ τείχη περιπατοῦντας μετὰ τοῦ διδασκάλου, καὶ γυμναζομένους φοιτᾶν. κἂν ἀπέστησαν τῆς πολιορκίας, εἰ μή τι συμβεβήκει. οὗτος γὰρ ὁ διδάσκαλος ἐπιβουλεύων τοῖς πολίταις, ἢ δι' ὀργήν τινα, ἢ κέρδους ἐλπίδι, ἡμέρας ἑκάστης ἐξῆγε τοὺς παῖδας ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐγγὺς τὸ πρῶτον, καὶ εἰσῆγεν αὖθις εὐθὺς γυμνασαμένους. τέλος δ' ἐς τοὺς προφύλακας τῶν ῥωμαίων ἐνέβαλεν ἅπαντας, καὶ ἄγειν ἐκέλευσε πρὸς τὸν κάμιλλον. καὶ παραστὰς αὐτῷ, πᾶσαν ἔφη παραδιδόναι τὴν πόλιν διὰ τῶν παίδων. ἐκεῖνος δὲ δεινὸν τὸ ἔργον ἡγησάμενος, καὶ ἀρετῇ φήσας ἰδίᾳ τὸν μέγαν στρατηγόν, ἀλλ' οὐκ ἀλλοτρίᾳ κακίᾳ θαρροῦντα χρῆναι στρατεύειν, προσέταξε γυμνωθῆναι μὲν τὸν διδάσκαλον, καὶ δεσμῆσαι τὰς χεῖρας ὄπισθεν, τοῖς δὲ παισὶ ῥάβδους δοῦναι καὶ μάστιγας, ἵνα ταύταις τὸν προδότην δείραντες καὶ τύπτοντες, εἰς τὴν πόλιν ἐλαύνωσι. τῶν δὲ πολιτῶν ἄρτι γνόντων τὴν προδοσίαν, δρόμος ἦν ἐπὶ τὰ τείχη, καὶ θρῆνος ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν. οὕτω δὲ διακειμένων αὐτῶν, προσῆγον οἱ παῖδες γυμνὸν τὸν διδάσκαλον. ὅπερ ἰδόντες οἱ φαλίσκοι, καὶ μαθόντες ὅπως ἐγένετο, φέροντες ἑαυτοὺς ἐθελονταὶ τῷ καμίλλῳ παρέδοσαν, τὴν ἐκείνου ἀγαπῆσαι πρὸ τῆς ἐλευθερίας διὰ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λέγοντες. χρήματα οὖν λαβὼν, καὶ σπεισάμενος, ἀνεχώρησεν. οἱ δὲ στρατιῶται διαρπαγῆς προσδοκήσαντες τῆς φαλερίων, ὡς μισόδημον κατηγόρουν αὐτοῦ. φθονηθεὶς δ' ἔτι πλέον κατηγορήθη, ὡς μηδὲν τὸ δημόσιον ἐκ τῶν τυρρηνικῶν ὠφελήσας χρημάτων, αὐτὸς δ' ἐκ τούτων σφετερισάμενος.

οὕτω

οὕτω δὲ ὠργίζοντο κατ' αὐτοῦ, ὡς μηδ' οἶκτον αὐτοῦ τινὰ λαβεῖν ἐπὶ τῇ συμβάσῃ αὐτῷ συμφορᾷ. τέθνηκε γὰρ αὐτοῦ νοσήσας ὁ ἕτερος τῶν υἱῶν. δεόμενος δὲ τῶν φίλων, μὴ περιιδεῖν αὐτὸν ἀδίκως κατακρινόμενον, ἐπεὶ πρὸς ἐκεῖνοι πρὸς μὲν τὴν ψῆφον αὐτῷ βοηθήσειν ἀπείπαντο, τὴν δὲ ζημίαν ὀφλόντι συνεκτίσειν ὑπέσχοντο, οὐκ ἀνασχόμενος ἔγνω φυγεῖν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἀρὰν ηὔξατο, εἰ μὴ δικαίως, ὕβρει δὲ δήμου ἐκπίπτει, καὶ φθόνῳ, ταχὺ σὺν αὐτοῦ πολίτας αὐτοῦ δεηθῆναι, καὶ ζητῆσαι αὐτόν. ἐκεῖνος μὲν οὖν πρὸς ῥουτούλους μετέστη, ἐρήμην δ' ἑάλω, καὶ ψῆφος ἐπήχθη κατ' αὐτοῦ τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἀσσαρίων ἔχουσα, ὃ γίνεται πρὸς ἀργυρίου λόγον δραχμαὶ χίλιαι πεντακόσιαι. οἱ δ' εὐρωπαῖοι γαλάται, ὧν οἱ ἀσιᾶται νομίζονται ἄποικοι, κελτικὸν ὄντες γένος, λιπόντες τὴν ἑαυτῶν ὡς οὐκ αὐτάρκη τρέφειν αὐτούς, οἱ μὲν ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ ῥιπαῖα ὥρμησαν· οἱ δὲ τῶν ἄλπεων ἱδρυθέντες ἐγγύς, χρόνον ἐκεῖ διήγαγον πλείονα. τότε δὲ οἴνου κομισθέντος ἐξ ἰταλίας, τούτου γευσάμενοι καὶ ὑπερθαυμάσαντες, ἀράμενοι τὰ ὅπλα καὶ γυναῖκας ἐπαγόμενοι, τὴν γῆν ἐκείνην ἐζήτουν, ἣ τοιοῦτον καρπὸν ἀναδίδωσι. καὶ πρὸς πόλιν τυρσηνίδα, κλούσιον καλουμένην, στρατεύσαντες, ἐπολιόρκουν αὐτήν. οἱ δὲ κλουσῖνοι πρὸς τοὺς ῥωμαίους κατέφυγον, αἰτοῦντες βοήθειαν. πρέσβεις δ' ἐκ ῥώμης πρὸς ἐκείνους ἐπέμφθησαν, οὓς οἱ γαλάται διὰ τὸ τῶν ῥωμαίων ὄνομα ἐντίμως ἐδέξαντο. καὶ τοῦ τειχομαχεῖν παυσάμενοι, εἰς λόγους συνεληλύθασιν. ἐν τούτοις δὲ λοχήσαντες οἱ κλουσῖνοι μετὰ τῶν ἐκ ῥώμης πρέσβεων, ἐπέθεντο τοῖς γαλάταις. ὁ δὲ τῶν γαλατῶν βασιλεὺς βρέννος ὀργισθεὶς ἐπὶ τούτῳ, τῶν κλουσίνων ἀμελήσας, εὐθὺς αὐτίκα τὸ στράτευμα κατὰ τῆς ῥώμης ἐκίνησεν, ἐπεὶ μὴ ἐπὶ τιμωρίᾳ οἱ πρέσβεις αὐτῷ ἐξεδίδοντο· καὶ τοσούτῳ τάχει ἐχρήσατο, ὡς ἐπελθεῖν αὐτοὺς τῇ πόλει, μὴ προμαθόντων ῥωμαίων τὴν ἔφοδον. τὸ μέντοι δαιμόνιον προαγγεῖλαι αὐτοῖς τὴν ἔφοδον λέγεται. μάρκος γὰρ καιδίκιος νυκτός ποι βαδίζων, φωνῆς ἤκουσε λεγούσης, γαλάται ἔρχονται. [illegible] δὲ αὐτοῦ [illegible] τῷ δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ, ἐν παιδιᾷ τὸν λόγον ἐποιοῦντο, καὶ γέλωτι, ἕως αὐτάγγελοι οἱ γαλάται σφῶν πλησίον ἐγένοντο. τότε δὲ σπουδῇ ἐξελθόντες, καὶ ἀτάκτως ἀγωνισάμενοι, αἴσχιστά τε ἡττῶντο. καὶ πολλοὶ μὲν ἐν τῇ μάχῃ πεπτώκασι, πολλοὶ δὲ φεύγοντες ἔθνησκον καταλαμβανόμενοι, πλεῖστοι δὲ καὶ εἰς ποταμὸν τὸν τίβεριν συνωσθέντες καὶ ἐφθάρησαν. οἱ δὲ λοιποὶ σκεδασθέντες, οἱ μὲν εἰς τὴν ῥώμην ἐλθεῖν ἠδυνήθησαν, οἱ δὲ ἀλλαχοῦ. οἱ δὲ ἐν τῇ ῥώμῃ γνόντες τὸ γεγονός, ἐν ἀμηχανίᾳ ἐγένοντο, καὶ ἀπογνόντες, οὔτε τῶν τειχῶν φυλακὴν ἔθεντο, οὔτε τῆς πόλεως τὰς πύλας ἔκλεισαν, ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῆς ἐκλιπόντες ἔφυγον, οἱ δὲ σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἀνέδραμον εἰς τὸ καπιτώλιον. μόνοι δὲ ὀγδοήκοντα ἄνδρες, οὓς οἱ μὲν ἱερέας εἶναι φασίν, οἱ δὲ τοὺς πρώτους ῥωμαίων καθ' ἡλικίαν καὶ πλοῦτον καὶ γένος, ἐνδύντες ἱερὰς ἢ πολυτελεστάτας στολὰς ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ τῶν ἐλεφαντίνων δίφρων ἐκάθηντο, τὴν ἐπιοῦσαν προσμένοντες τύχην. οἱ δὲ γαλάται τῇ ὑστεραίᾳ ἦλθον μὲν ἐπὶ τὴν ῥώμην. ἰδόντες δὲ τὰς πύλας ἀνεῳγμένας, καὶ τὸ τεῖχος ἀφύλακτον, ἐπέσχον, καὶ οὐκ εἰσῆλθον, ἐνέδραν ὑποτοπήσαντες. τῇ δὲ τρίτῃ θαρσήσαντες εἰσεπήδησαν, καὶ εἷλον τὴν πόλιν. καὶ τὸ μὲν καπιτώλιον φρουρᾷ ὁ τῶν βαρβάρων ἐπέσχε βασιλεύς· αὐτὸς δὲ διιὼν τὴν ἀγοράν, ἐθαύμαζε τοὺς προκαθημένους ἐκείνους ἄνδρας, ὁρῶν ἐν κόσμῳ αὐτοὺς ἠρεμοῦντας, καὶ σιωπῇ. τοὺς δὲ γαλάτας εἶχεν ἔκπληξις πρὸς τὸ ἄτοπον, ὤκνουν δὲ αὐτοῖς προσελθεῖν.

Vnde tanta iracundia populi condemnatus eſt, ut priuari luctus illius, mortuo altero filio, nulla ratio haberetur. Cumq́ amicos rogaſſet, ut ſibi per iniuriam damnato opem ferrent, illi uerò contra ſuffragia iudicum, auxilia ei negarent, ſed ad mulctam ſoluendam ſtipem promitterent: ea conditione repudiata, cum exulatum abiret, precatur, ſi nulla ſua culpa, ſed iniuria & inuidia populi pelleretur, ut ſui ciues ſua opera celeriter egerent, ſeq́ deſiderarent, ad Rutulos ſe contulit: indictaq́ cauſa damnatus eſt XV millibus æris, quæ drachmas MD argenti ualēt. *M. Furius Camillus in exilium agitur.* Cæterùm Europæi Galli, quorum coloni perhibentur Aſiatici, terra ſua ob agrorum penuriā relicta, partim ad Riphæos montes ſunt profecti, partim prope Alpes diu conſederunt. Tum uerò Italico uino guſtato, admiratione tantę ſuauitatis, ſumptis armis, cum uxoribus & liberis, terram illam, quæ talem liquorem gigneret, quærentes, Cluſium Tyrrheniæ oppidum obſederunt. Cluſini cum à Romanis ſupplices auxilia peterent, Galli Romanos legatos ob nomen populi honorificè ſuſceperunt: & oppugnatione omiſſa, ad colloquium uenerunt. Interea Cluſini cum Romanis legatis Gallos ex inſidijs inuaſerunt. Quod Brennus Gallorum rex indignè ferens, Cluſinis neglectis, ueſtigiò Romam uerſus duxit exercitum, cum ei legati ad ſupplicium non dederentur, tanta celeritate, ut urbem inuaderet, priuſquam eorum acceſſum Romani cognouiſſent, quanquā diuinitùs prænunciatum. *Galli Cluſio relicto Romam uaſtant.* Marcus enim Cædicus fertur, noctu iter faciens, uocem audiuiſſe, quæ diceret, Galli ueniunt. *Galli ueniunt.* Quam cum Senatui populoq́ narraſſet, uerba eius cū ludibrio & riſu excepta ſunt, donec Galli ipſi in propinquo ſuū aduentū nunciarūt. Tunc feſtināter egreſsi, temerè cōmiſſo prælio, ſunt turpiſsimè ſuperati: multi in pugna, multi in fuga cōprehenſi: plurimi in Tyberim flumē præcipitati perierūt. Reliqui diſsipati, partim Romā peruenerūt, partim aliò. Qui in urbe erāt, cladē eam deplorātes, inopes conſilij, & deſperabūdi, nec mœnia cuſtodiuerūt, nec portas clauſerūt: ſed alij fugā cæperunt, alij cum uxoribus & liberis Capitoliū occuparūt. Soli LXXX uiri (quos alij ſacerdotes fuiſſe memorant, alij Romanorū ætate opibus & genere principes) ſiue ſacris, ſiue precioſiſsimis ſtolis induti, in ſellis eburneis in foro cum maieſtate cōſederunt, imminentē fortunam expectantes. *LXXX ſenes in foro occiſi.* Poſtridie Galli ad Romā uenerūt: ſed cum portas apertas, & mœnia præſidijs uacua uiderent, reſtitere, nec ingreſsi ſunt, ſubeſſe inſidias ſuſpicari. Tertio die, ſumpta fiducia, impetu facto urbē cæperunt. Barbarorū rex Capitolium pręſidio ſepſit: forumq́ perambulās, ſenū illorum tranquillū & tacitū conſeſſum eſt miratus. Gallos etiam ſtupor inuaſit, ob inuſitatum ſpectaculū ad eos accedere non auſos.

Tandem

ἐπὶ δὲ

te, quò conclaue aſpectabat, & feneſtræ erant, conſpexiſſe. Cæterum coniectura fuit, eam aſpidis morſu periiſſe, quod multa lethalia uenena pridem collegerat, eaque damnatis capitis proponebat. quorũ alia mortem celerẽ cum magno cruciatu afferrent, alia mitiora tardiorem. ſolum autem morſum aſpidis obſeruarat, ueternũ ſoporiferum cum molli ſudore citra conuulſionẽ inducere, & ſenſib. hebetatis leuiter extinguere. Cæſar eius interitu audito obſtupuit, & cadaueri remedia & Pſyllos adhibuit. Pſylli autẽ uiri ſunt (nulla enim mulier ea ui prædita eſt) qui quoduis uenenũ cuiuſuis ſerpentis, priuſquam is qui morſus aut uulneratus eſt, moritur, exugendo, nec ipſi lædũtur, & uenenis infecto ſalutem afferunt. Propagãtur alij ex alijs, & fœtus explorant, uel in ſerpentes cõiectos, uel eorum faſcijs ſerpentibus iniectis: qui nec puerũ lædũt, & ueſtibus illius tecti torpeſcunt. Cæſar igitur Cleopatræ obitu doluit, generoſam eius indolẽ admiratus, eamque magnificè regaliterque cum Antonio ſepeliri iuſsit. Sunt & ancillæ iuſſu illius honorificã ſepulturã aſſecutę. obijt Cleopatra annos uiide XL nata, è quib. II & XX regnauit, amplius XIIII cum Antonio imperauit. Antonium uerò alij III, alij VI, & L uixiſſe annos tradunt. Eius ex Fuluia filiũ Antyllũ, & Cleopatræ filiũ Cæſarionem, Cæſar interfecit. Cleopatra atque Antonio ad hũc modũ ſublatis, Alexandri regis corpus uidit & attrectauit. Ptolemæorum etiã Alexãdrinis oſtendere uolentibus, recuſauit: ſe enim regem uidere cupiuiſſe, nõ cadauera. neque Apidẽ adire uoluit: quòd deos, non boues adorare conſueuiſſet. Aegyptum tributariam fecit, & pecuniam omnem, quam ibi maximam reperit, ſecum auexit. Rebus in Aegypto ſuo arbitratu ordinatis, per Syriã in Aſiam abijt, ibique hybernauit. Romani uerò & tum, & prius etiam, Actiacam uictoriam adepto plurimos honores decreuerunt. Sub æſtatem in Græciam & Italiam traiecit. Eo Romã ingreſſo, populus ſacrificauit, & cõſul bouem immolauit: quod nulli prius acciderat. Triumphum per triduum egit, pompæ omnes illuſtres fuerũt: tantumque manubiarũ adfuit, ut ijs omnibus ſufficerent. Eſt & Cleopatræ ſtatua in lecto traducta, eius brachio aſpide inhærenre. Inter alios captiuos, eius quoque liberi: Alexãder, qui & Sol: & Cleopatra, quę & Luna dicebat, in triũpho ducti ſunt. Poſt omnia Cęſar inuectus, ſpectacula permultos dies edidit. Sub hæc tempora M. Craſſus in Macedoniã, Thraciam & Græciam miſſus, & cũ multis gentibus bella gerens, alias uicit, alias in deditione accepit. Eæ gentes olim Myſi & Getæ uocabantur, omnẽ eum tractum qui intra Hæmũ & Iſtrum eſt, incolentes. Progreſſu temporis autem, quædam earum alijs nominibus ſunt appellatæ. Deinde omnia ea quę Sauus fluuius in Iſtrum influens, ſupra Dalmatiam, Macedoniã & Thraciam à Pannonia diſterminat, Myſiæ appellationẽ ſubierũt. Inter eos, præter alias multas gentes ſunt Triballi &

Pſylli.

Cæſaris Aegypto ſubacta triumphus.

Myſi et Getæ à M. Craſſo ſubacti.

Dardanij. Hæc igitur Romani ſub regib. ac in libera republica, & à potẽtibus oppreſſa, annis XXV & DCC & geſſerunt, & pertulerũt. Deinceps haud dubiè ſub unius poteſtatem reciderunt. Nam quum Cęſar in animo haberet, armis poſitis, imperium Senatui populoq́ reſtituere, idq́ conſilium Agrippę & Mecœnati, quibus arcana ſua credebat, aperuiſſet: Agrippa deponendæ poteſtatis autor ei fuit, Mecœnas cõtrarium omnino ſuaſit. Nam cum lõgo iam tempore rerum potitus eſſet, aut poteſtatem ei retinendã, aut ea poſita pereundũ eſſe affirmabat: quòd qui ſemel imperat int, tutò uitam priuatã agere nullo modo poſſent. longaq́ oratione monuit, quibus rationibus tutò & iuſtè, atq; etiã citra ciuium moleſtiã imperare poſſet, hac addita clauſula: » Si ea, quæ alio imperante tibi fieri uelles, » ipſe ultrò feceris alijs, neq́ peccabis quicquam, » & omnia feliciter adminiſtrabis, & ſuauiſsimè » nulloq́ cum periculo ætatẽ deges. His cõſilijs auditis, utroq́ probato & collaudato, Mecœnatis ſententiã eſt ſecutus: & monarchia nõ depoſita, cognomentũ Imperatoris ſibi aſciuit, nõ illud quod antiquitùs ob uictoriã tribui ſolebat, ſed id quo regia poteſtas ſignificabaꝉ. Anno ſequenti ſextùm conſul factus, Agrippa collega, quem inſigni honore proſequebatur, deſponſa etiã ſorore Octauia, & princeps ſenatus cognominatus eſt, ut in liberrima ciuitate receptũ fuerat. In honorẽ Romæ & ciuium tùm alia fecit, tum multos ad egeſtatẽ redactos liberaliter donauit: tũ ueteres tabulas eorũ qui in ęrarios relati fuerant, exuſsit: tum quæ ſub Antonio & Lepido per iniuriã acta fuerant, uno decreto aboleuit omnia. Quas ob res cũ laudibus in cœlum efferretur, maioris etiã honoris deſiderio imperium à uolẽtibus accipere deſiderauit, ac ne inuitis imperare uidereꝉ, ſubornatis intimis ſuis, ſeptimùm conſul in curia deprecatus eſt imperium: & ſumma rerum optimatib. demandata, eos rogauit, ut ęquo animo ſe priuatã uitã agere paterentur. At ſenatores eius ſententiã partim ſcientes, partim ſuſpicantes, alij arguere nolebant, alij timebãt. Cum igiꝉ ei credere alij fingerent, alij neceſſe haberent, imperiũ retinere coactus eſt ſcilicet. Quo ad hũc modũ à Senatu populoq́ firmato, omnẽ Reip. curã in ſe ſuſcepit. Prouincias infirmiores, ut pacatas & imbelles, attribuit ſenatui: firmiores, ut periculoſas & parum tutas, ipſe retinuit. Id eò pertinebat, ut ſenatus pulcherrimis imperij partib. frui, ipſe labores ſuſtinere uideretur: » cũ id eius conſiliũ eſſet, » ut illi inermes & imbelles eſſent, ipſe arma te» neret, & milites aleret. Ac ne quid regium præ ſe ferret, in prouincias ſibi attributas imperium ad decenniũ accepit, quanto tempore ſe illas pacaturũ pollicebatur. Sed ea nimirũ uerba erant. Finito enim decennio, quinquenniũ: deinde alterum quinquenniũ, poſt decennium: mox alia quinquennia ei decreta ſunt, ut decenniorũ ſucceſsione per omnẽ ætatem ſolus rerum potiretur. Vnde factũ eſt, ut imperatores qui illum ſecuti ſunt, cum in omnem ætatem crearentur, tamen

Cæſar Mecœnate autore imperiũ retinet, atq; à S.P.Q.R. retinere cogitur ſcilicet.

Imperatoris cognomentum.

Decẽnij celebritas.

δαρδανίου. ταῦτα μὲν οὖν ἔν τε τῇ βασιλείᾳ καὶ τῇ δημοκρατίᾳ ταῖς τε δυναστείαις πέντε καὶ εἴκοσι καὶ ἑπτακοσίοις ἔτεσιν ἔπραξάν τε Ῥωμαῖοι, καὶ ἔπαθον. ἐκ δὲ τούτου μοναρχεῖσθαι αὖθις ἀκριβῶς ἤρξαντο, καίτοι τοῦ Καίσαρος τὰ ὅπλα καταθέσθαι βουλομένου, καὶ τῇ γερουσίᾳ καὶ τῷ δήμῳ ἐπιτρέψαι τὰ πράγματα. τὴν μέντοι γνώμην τῷ Ἀγρίππᾳ καὶ τῷ Μαικήνᾳ, οἷς ἐπίστευε τὰ ἀπόῤῥητα, κοινωσάμενος, ὁ μὲν Ἀγρίππας γνώμην ἐκστῆναι αὐτὸν τῆς μοναρχίας εἰσηγεῖτο· ὁ δὲ Μαικήνας τοὐναντίον συνεβούλευσεν ἅπαν, εἰπὼν, ὅτι τὴν μοναρχίαν ἐπὶ πολὺ διοικήσας αὐτὸς, καὶ ἀναγκαῖον ἦν δυοῖν θάτερον, ἢ μοναρχεῖν αὐτὸν, ἢ κελεύεσθαι ταῦτα πείσεσθαι. οὐ γὰρ ἅπαξ μοναρχήσαντας ἀσφαλῶς ἰδιωτεῦσαι ἦν ἀδύνατον. ὑπέθετο δὲ καὶ ὅπως ἀσφαλῶς καὶ δικαίως ἄρξει, πρὸς δὲ καὶ ἀνεπάχθως, πολλοὺς κατατείνας λόγους περὶ τῶν ὑποθέσεων, καὶ ἐπὶ πᾶσι ταῦτα ἐπήγαγεν, ἃ, ὅσα ἑτέρου ἄρχοντος ἄρχεσθαί σε, ποιεῖν ἐβούλου, ταῦτα αὐτὸς αὐτεπάγγελτος πράττης, οὔτε τι ἁμαρτήσεις, καὶ πάντα κατορθώσεις, ἥδιστά τε καὶ ἀκινδυνότατα ζήσεις. οἱ μὲν οὖν ταῦτα τῷ Καίσαρι συνεβούλευσαν. ὁ δὲ ἄμφω μὲν καὶ ἐθαύμασε καὶ ἐπῄνεσεν, εἵλετο δὲ τὴν Μαικήνα συμβουλὴν, καὶ τὰ τῆς μοναρχίας ἐπεῖχε, καὶ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος προσελάβετο ἐπίκλησιν, οὐ τὴν ἐπὶ νίκαις κατὰ τὸ ἀρχαῖον διδομένην τισὶ, ταύτην γὰρ πολλάκις ἐπεκλήθη, ἀλλὰ τὴν τὸ κράτος σημαίνουσαν τὸ βασίλειον. τῷ δ' ἑξῆς ἔτει ἕκτον ὑπάτευσεν, Ἀγρίππα οἱ συνάρχοντος, ὃν ὑπερβαλλόντως ἐτίμα, καὶ τὴν ἀδελφιδῆν αὐτῷ τὴν Ὀκταβίαν συνῴκισε. καὶ τῆς γερουσίας πρόκριτος ἐπεκλήθη ὁ Καῖσαρ, ὡς ἐν τῇ ἀκριβεῖ δημοκρατίᾳ ἐνόμιζεν, ἄλλα τε πολλὰ πεποίηκεν εἰς τιμὴν τῆς Ῥώμης καὶ τῶν πολιτῶν, καὶ χρήματα πολλοῖς τῶν πολιτῶν ἐχαρίσατο λαμπρῶς πεπτωκόσι, τά τε παλαιὰ συμβόλαια τῶν ἐς τὸ κοινὸν ὀφειλόντων κατέκαυσε· καὶ ὅσα ὑπὸ Λεπίδου καὶ Ἀντωνίου ἀδίκως ἐγεγόνει, δι' ἑνὸς προγράμματος κατέλυσεν ἅπαντα. καὶ ἐπὶ τούτοις ὑμνούμενος, ἵνα μᾶλλον τιμηθείη, καὶ παρ' ἑκόντων τὴν μοναρχίαν λαβεῖν ἐπιθυμῶν, ὡς μὴ δοκοίη ἀκόντων ἄρχειν, καὶ τοὺς αὐτῷ μάλιστα ἐπιτηδείους παρασκευάσας, εἰς τὴν γερουσίαν εἰσῆλθεν ἕβδομον ὑπατεύων, καὶ παραιτεῖσθαι λέγων τὴν μοναρχίαν, καὶ πάντα ὑπὸ τοῖς ἀρίστοις ποιῶν, ἐδεῖτο σύντων δέξασθαι αὐτοῦ τῆς δὲ μοναρχίας ἀπόθεσιν. οἱ δὲ τῆς βουλῆς οἱ μὲν εἰδότες τὴν γνώμην αὐτοῦ, οἱ δ' ὑποπτεύοντες, οἱ μὲν ἐλέγξαι αὐτὸν οὐκ ἐβούλοντο, οἱ δ' ἐδεδοίκεσαν. ὅθεν καὶ πιστεύειν αὐτῷ οἱ μὲν ἐπλάττοντο, οἱ δὲ ἠναγκάζοντο, καὶ ἐβιάσθη δῆθεν αὐτὸς αὐταρχεῖν. καὶ τὴν μὲν ἡγεμονίαν οὕτως παρά τε τῆς γερουσίας καὶ τοῦ δήμου ἐβεβαιώσατο, καὶ τὴν φροντίδα πάντων τῶν κοινῶν ὑπεδέξατο. τῶν δ' ἐθνῶν τὰ μὲν ἀσθενέστερα ὡς εἰρηναῖά τε καὶ ἀπόλεμα προσένειμε τῇ βουλῇ. τὰ δ' ἰσχυρότερα ὡς ἐπικίνδυνα τάχα καὶ σφαλερὰ κατέσχεν αὐτὸς, δοκοῦση μὲν ὡς ἡ γερουσία τὰ κάλλιστα τῆς ἀρχῆς καρπῶται, αὐτῷ δὲ οἱ πόνοι ἐπίκεινται. τῇ δ' ἀληθείᾳ, ἵνα ἐκεῖνοι μὲν καὶ ἄνοπλοι καὶ ἄμαχοι ὦσιν, αὐτὸς δὲ καὶ ὅπλα ἔχῃ, καὶ στρατιώτας τρέφῃ. ἵνα δὲ μή τι μοναρχικὸν δοκοίη φρονεῖν, ἐς δέκα ἔτη τὴν ἀρχὴν τῶν ἀπονεμηθέντων αὐτῷ κατεδέξατο. τοσούτῳ γὰρ χρόνῳ αὐτὰ καταστήσειν ὑπέσχετο, λόγῳ ταῦτα ἐπαγγελλόμενος. τῶν γὰρ δέκα ἐτῶν πληρωθέντων, ἕτερα πέντε ἔτη, εἶτ' αὖθις πέντε, καὶ μετὰ ταῦτα δέκα, καὶ ἕτερα πάλιν πέντε αὐτῷ ἐψηφίσθη, ὥστε τῇ τῶν δεκαετηρίδων διαδοχῇ διὰ βίου μοναρχῆσαι αὐτόν. κἀντεῦθεν καὶ οἱ μετ' αὐτὸν αὐτοκράτορες, καίτοι διὰ βίου ἀποδεικνύμενοι, ὅμως διὰ

ὅτι ἐκ τούτου μοναρχεῖσθαι ἤρξαντο οἱ Ῥωμαῖοι.

[?] ἵνα τῶν ἐν τῇ ῥώμῃ ὁ καῖσαρ ἐκαλεῖτο.

[?] ὅτι ἑκὼν ὁ καῖσαρ παραιτεῖσθαι τὴν μοναρχίαν, οἱ δὲ βουλευταὶ ἀνάγκην γενέσθαι, ἵνα αὐτὸν μοναρχεῖν.

[?] ὅτι ἐπὶ δέκα ἔτη τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν, καὶ ἀεὶ ὕστερον ἐψηφίσθη.

decie

τὴν δεκαετίαν ἑώρταζον, ὡς αὖθις τότε τὴν ἡγεμονίαν ἀνανεούμενοι. πολλὰ δὲ καὶ τότε ὡς τιμαὶ ἐψηφίσθη τῷ καίσαρι, καὶ αὔγουστος ἐπεκλήθη. ἐφίετο μὲν γὰρ ῥωμύλος ὀνομασθῆναι, αἰσθόμενος δὲ ὑποπτευθῆναι ἐκ τούτου τῆς βασιλείας ἐπιθυμεῖν (οἱ γὰρ ῥωμαῖοι πράγματι μὲν τὰ τῶν βασιλευομένων ὑπέμενον, τῷ δ' ὀνόματι ἤχθοντο) ἀπέσχετο τοῦ ῥωμύλος ὀνομασθῆναι, καὶ αὔγουστος καλεῖσθαι ἠθέλησεν, ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ κατὰ ἀνθρώπους ὑπάρχων. πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα καὶ σεβάσμια αὔγουστα προσαγορεύεται· ἐξ οὗ καὶ σεβαστὸν προσεῖπον αὐτόν, ἐκ τοῦ σεβάζεσθαι, ἐξελληνίζοντές πως ὥσπερ τινὰ σεπτόν. ἡ δὲ τῶν αὐτοκρατόρων κατοικία παλάτιον ὠνομάσθη, ὅτι ἐν τῷ παλατίῳ λεγομένῳ ὄρει, ἐν ᾧ ὁ αὔγουστος ᾤκει, καὶ ἐκεῖ τὸ στρατήγιον εἶχε, καὶ διὰ τοῦτο κἂν ἄλλοθί που ὁ αὐτοκράτωρ καταλύῃ, τὴν τοῦ παλατίου κλῆσιν ἡ καταγωγὴ αὐτοῦ ἔχει. πᾶσα δὲ ἐξουσία ἥ, τε τοῖς ὑπάτοις τὸ πάλαι διδομένη, καὶ ἡ τοῖς δημάρχοις, καὶ ἡ τοῖς τιμηταῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, τοῖς αὐτοκράτορσι δέδοται. καὶ πρός τι καὶ λελύσθαι τῶν νόμων ἐδόθη αὐτοῖς, τουτέστιν ἐλευθέρους εἶναι πάσης τῶν νόμων ἀνάγκης, καὶ μηδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχεσθαι. ὅτι δὲ αὔγουστος ἐπεκλήθη ὁ καῖσαρ, σημεῖον οὐ μικρὸν τότε κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην ἐγένετο. ὁ γὰρ τίβερις πελαγίσας, πᾶσαν τὴν πεδιάδα τῆς ῥώμης κατέλαβεν, ὥστε πλεῖσθαι. καὶ οἱ μάντεις ὅτι τε ἐπὶ μέγα αὐξήσει, καὶ ὅτι πᾶσαν τὴν πόλιν ὑποχειρίαν ἕξει, ἐκ τούτου προεῖπον. ὁ δὲ τά, τε ἄλλα τὰ τῇ ἀρχῇ προσήκοντα προθυμότερον ἔπραττεν, ὡς ἐθελόντων ἄρχων, καὶ ἐνομοθέτει, οὐ μέντοι πάντα ἰδιογνωμονῶν ἐνομοθέτει, ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ ἐς τὸ δημόσιον προετίθει, ὅπως ἄν τι μὴ ἀρέσῃ, ἐπανορθώσῃ, καὶ προετρέπετο πάντας συμβουλεύειν αὐτῷ εἴ τις τι ἄμεινον γνοίη αὐτοῦ, καὶ τοὺς ὑπάτους καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἀρχόντων ἕνα παρ' ἑκάστων, καὶ ἐκ τοῦ τῶν βουλευτῶν πλήθους πεντεκαίδεκα συμβούλους ἐς ἑξάμηνον παρελάμβανεν, ὥστε δι' αὐτῶν καὶ πᾶσι κοινοῦσθαι τὰ βουλευόμενα. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐδίκαζε μετ' αὐτῶν. ἔκρινε μὲν γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ βουλή, καὶ πρεσβείαις καὶ κηρυκείαις ἐχρημάτιζεν. ὅ, τε δῆμος ἐς τὰς ἀρχαιρεσίας συνελέγετο, οὐ μέντοι ἐπράττετό τι, ὃ μὴ ἐκείνῳ ἤρεσκε. καὶ τοὺς ἄρξοντας τοὺς μὲν αὐτὸς προεβάλλετο, τοὺς δὲ ἐς τὸ κοινὸν ἐποιεῖτο, ἐπιμελόμενος, ὥστε μήτ' ἀνεπιτηδείους, μήτ' ἐκ παρακελεύσεως, ἢ καὶ ἐκ δεκασμοῦ ἀποδείκνυσθαι. καὶ ἔθνη τὰ μὲν δι' ἑαυτοῦ, τὰ δὲ δι' ἑτέρων τῇ ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ ὑπέταξεν. ὁ δὲ τῆς αἰγύπτου ἄρχων αἴλιος γάλλος ἐπὶ ἀραβίαν τὴν εὐδαίμονα ἧς σάβος ἐβασίλευεν, ἐστράτευσε τότε, καὶ οὐδεὶς μὲν ἠντίαζεν αὐτῷ ἐκ τῶν πολεμίων, οὐ μὴν ἀπόνως προεχώρει· ἥ τε γὰρ ἐρημία καὶ ὁ ἥλιος τά τε ὕδατα φύσιν ἄτοπόν τινα ἔχοντα, σφόδρα αὐτοὺς ἐταλαιπώρησεν, ὥστε τὸ πλεῖον φθαρῆναι τῆς στρατιᾶς. τὸ δὲ νόσημα τὴν κεφαλὴν ἐνσκῆπτον, ἐξήραινεν αὐτήν, καὶ πολλοὺς μὲν αὐτίκα ἀπώλλυε. τῶν δὲ περιγιγνομένων ἐς τὰ σκέλη κατίον, ἅπαν τὸ μεταξὺ τοῦ σώματος ὑπερβαῖνον, ἐκεῖνα ἐλυμαίνετο, ἴαμά τε οὐδὲν ἦν, εἰ μὴ ἔλαιον οἴνῳ μεμιγμένον ἀλείψαιτο. τοῦτο δὲ πάνυ ὀλίγοις ἦν. ἥ τε γὰρ χώρα οὐδέτερον αὐτῶν φέρει, κἀκεῖνοι οὐκ ἄφθονα ταῦτα προπαρεσκευάσαντο. κἂν τῷ πόνῳ τούτῳ καὶ οἱ βάρβαροι σφίσιν ἐπιθέμενοι, τά τε χωρία ἃ πρὶν ἀφῄρηντο ἐκομίσαντο, καὶ τοὺς περιλειφθέντας ἐκ τῆς χώρας ἐξήλασαν. ὁ δ' αὔγουστος ἑνδέκατον ὑπατεύσας ἐνόσησεν, ὥστε μηδ' ἐλπίδα σχεῖν σωτηρίας. καὶ ὡς τελευτήσων διέθετο, καὶ διάδοχον μὲν οὐδένα ἀπέδειξε, τῷ πείσωνι δὲ τάς τε δυνάμεις, καὶ τὰς κοινὰς προσόδους ἐς βιβλίον γράψας ἔδωκε, τῷ δ' ἀγρίππᾳ τὸν δακτύλιον ἐνεχείρισεν. ἀντωνίος δέ τις μοῦσας ἔπειτα ψυχρολουσίαις καὶ ψυχρο-

decimum quenq; annũ feſtũ agerent, imperium quaſi renouantes. Tum præter multos alios honores, etiã Auguſtus eſt cognominatus. Nam cum Romulus dici cuperet, & tamen ſuſpicionem regni cõcupiti uitaret (Romani enim cum ipſum regnum paterentur, nomen regni auerſabantur) ea quidẽ appellatione abſtinuit: Auguſtum autem ſe appellari uoluit, ut humana cõditione maiorem. ſic enim ſanctiſſima quæq; & ſummæ uenerationis dicuntur. Imperatorũ domicilium Palatiũ uocatur, q̃ in monte Palatino Cæſar, ut & Fauſtulus Romuli nutricius, habitabat, ibiq; prætoriũ habebat. Quamobrem etſi Imperator alibi diuerterit, tamẽ eius hoſpitiũ id nomẽ obtinet. Omnis aũt poteſtas, quæ Coſs. tribunorũ plebis, cenſorũ, cęterorum deniq; omnium olim fuerat, in Imperatores eſt trãſlata. atq; illud etiã eis datũ, ut legibus ſoluti eſſent, nec ullo præſcripto tenerentur. Quo die Cęſar Auguſtus cognominatus eſt, noctu magnum prodigiũ extitit. Tiberis enim omnia Romanę urbis plana loca ſic inundauit, ut nauigarentur. Quo uates portẽdi affirmarũt, fore ut urbẽ amplificaret, & totam in poteſtate ſua haberet. Is uerò cùm alia ad Imperiũ ptinentia, ut q̃ uolentib. imperaret, alacrius adminiſtrauit: tum leges ſanxit, nec tamẽ ſuapte autoritate omnes, ſed quaſdam ad populũ tulit, ut quæ diſplicerent, ea corrigeret: hortãs omnes, ut ſi quid melius ſcirent, monerent. Conſules item & è cæteris magiſtratibus ſingulos, & è ſenatorũ numero XV ad ſemeſtre in conſilium adhibuit, ut per eos omnib. ea communicaret, quæ deliberãda eſſent, interdum etiam ius cũ eis dixit. Nam Senatus etiam per ſe ſuffragia ferebat: legatis quoq; & caduceatoribus reſpondit. Populus quãuis ad Comitia cõueniret, nihil tamẽ gerebatur, quod illi diſpliceret. Magiſtratus partim ipſe deſignauit, partim arbitrio populi deſignãdos pmiſit: in id intẽtus, ne inepti, ne'ue per ambitũ & largitiones aliqui crearentur. gentes quaſdã p ſemetipſum, partim per alios Romano imperio ſubiecit. At Aegypti prætor Aelius Gallus expeditione in Arabiã felicẽ ſuſcepta, etſi ei reſiſtebat nemo, nõ tamẽ citra ęrumnã eſt progreſſus. Nã & ſolitudine, & ſolis ardore, & aqua inſalubri milites grauiter ſunt afflicti, ut maxima pars exercitus ex morbo quo capita exiccabantur, interiret. Is multos ſtatim perimebat. Si q̃ uerò euadebãt, in eorũ pedes, toto reliquo corpore incolumi, deſidebat, eosq; uexabat: nec ullũ erat remediũ aliud, niſi ut oleo uino tẽperato inũgerẽt. Id uerò p paucis ſuppetebat. nã ea regio neutrũ gignit, neq; illi magnã copiã p̃pararãt. In ea lue barbari quoq;, receptis locis q̃ amiſerãt, eorũ reliquias regione expulerunt. Auguſtus uerò undecimo cõſulatu ſine ulla ſpe ſalutis ægrotãs, ut moriturus teſtamentũ fecit, nec Imperij ſucceſſore ullo relicto. libellũ in q̃ legiones et publicos reditus pſcripſerat, Piſoni tradidit, Agrippæ anulũ porrexit. Sed ab Antonio Muſa lotionib. ei potiõi

Auguſti cognomentũ, & adminiſtrandi imperij ratio.

Poteſtas Imperatoris.

Exundatio Tiberis.

Auguſti morbus.

Anto Muſa medicus.

bus frigidis eſt recreatus. qua de cauſa medicus & ab illo & à Senatu pecuniã, & ius aurei annuli, quamuis libertinus, accepit: immunitatẽ & ipſi & medicis omnibus & tum & in poſterũ data. Ita conſeruatus, teſtamentũ in conciliũ illatum recitari iuſsit, ut oſtenderet, ſe nullum ſucceſſorem ſcripſiſſe: ſed id à nemine lectum eſt. Anno ſequenti cum peſte & fame per totam Italiam laboraretur, Romani opinantes nõ aliam eorum malorum eſſe cauſam, ꝙ quòd Auguſtus tum quoq; conſul non creatus eſſet, Dictatorẽ eum dicere uoluerũt: & Senatum in curia cõcluſum hoc decernere coegerunt, eumq; orarũt, ut & dictatorem & rei frumentariæ procuratorẽ ſe dici pateretur. Is uerò annonæ curationem ſuſcepit, dictaturam repudiauit: & cum neq; diſſuadendo neq; rogãdo quicꝙ proficeret, ueſtem ſuam » lacerauit, rectè prudenterq; uitato inuiſo & o» dioſo nomine, cum dignitatem & poteſtatẽ di» ctatura ſuperiorem obtineret. Quidam, qui inſidias ei compararant, indicta cauſa exilio mulctati, nec multo pòſt unà cum coniuratis interfecti ſunt. Deinde cum in Sicilia abeſſet, in comitijs cõſularibus ſeditio orta eſt: ut uel ex eo perſpicuum eſſet, Romanos libera repub. incolumes eſſe non poſſe. Ita enim tumultuati ſunt, ita turbarunt omnia, ut Auguſtus à prudentiorib. accerſeretur. Id iniquo ferens animo, cum neq; Romæ ſemper uacare poſſet, neq; urbẽ ſine magiſtratu relinquere auderet: de aliquo, cui ſummam rerum mandaret, deligendo deliberauit. Quam ad rem cũ aptiſs. Agrippa uideretur, & quo maiori eſſet autoritate, dignitatem illius augere uellet: eum coegit, relicta uxore, Iuliam filiam ducere, ac ſtatim Romã & ad nuptias contrahendas, & ad magiſtratũ ineundũ (cùm alijs de cauſis, tum ꝙ Mecœnas dixerat, cũ tantum eſſe factum ab ipſo Cæſare, ut aut generum deligi, aut occidi oporteret) ablegauit. Agrippa igitur rem Romanam fluctuantẽ compoſuit. Auguſtus Sicilia ordinata in Græciam traiecit: qua cõſtituta, Samũ nauigauit. ibiq; hyeme exacta, uerno tẽpore in Aſiã profectus, cũ eam prouinciam & Bithyniã ordinaſſet, Cyzicenos in ſeruitutẽ redegit, ꝙ Romanos ciues flagris cæſos occiderãt. Eodẽ modo Tyrios & Sidonios, cũ in Syriã ueniſſet, tractauit. Interea Iulia Caium peperit: Auguſtus, ubi certos homines prouincijs præfecit, denuò Sami hybernauit, ibiq; multis negocijs & plurimis legationib. audiẽdis occupatus fuit. Tum Indi amicitiam cum eo fecerunt, tigridibus dono datis: quas Romani tum primùm uiderunt. Romæ aũt denuò tumultuatum eſt ob comitia conſularia, & cædes factæ. Quo cognito Cæſar, quia nullũ mali finẽ fore prouidebat, Romam properè contendit, & ipſe conſulem deſignauit. & quia ſe omnes ut procederẽt obuiã parabãt, noctu ingreſſus eſt. atq; id tam in egreſſu ꝙ ingreſſu urbis ſæpius fecit, ne cuiꝙ eſſet grauis. Deinde precib. ab eo impetratum eſt, ut morũ magiſtrum & cenſorẽ in quinquenniũ ſe creari pateretur: conſularẽ uerò dignitatem in omnẽ ætatẽ accepit. Cũ quidã ob inſidias, quas & ipſi & Agrippæ feciſſent, accuſati eſſent,

Agrippa præfectus urbis & Iuliæ nuptiæ.

Auguſtus prouincias ordinat.

Caius Agrippæ & Iuliæ filius.

Indi.

Tigrides.

ποσίαις ἀνεῤῥώσθη. διὸ καὶ χρήματα παρ' αὐτοῦ τε καὶ παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβε, καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς ἀπελεύθερος ὢν περιέπειν ἐκεχρῆσθαι, ἀτέλειάν τε αὐτῷ καὶ τοῖς ὁμοτέχνοις τοῖς τε νῦν καὶ τοῖς ἐσομένοις παρέσχον. οὕτω δὲ σωθεὶς εἰς τὸ συνέδριον τὰς διαθήκας ἐσήνεγκε, καὶ ἀναγνωσθῆναι ἐπέτρεψεν, ἐνδεικνύμενος, ὅτι οὐδένα τῆς ἀρχῆς διάδοχον καταλέλοιπεν· οὐ μέντοι καὶ ἀνέγνω αὐτάς τις. λιμοῦ δὲ τῷ ἐξῆς ἔτει καὶ λοιμοῦ γενομένου ἐν πάσῃ τῇ Ἰταλίᾳ, νομίσαντες οἱ Ῥωμαῖοι οὐκ ἄλλως ταῦτα συμβεβηκέναι, ἢ ὅτι μὴ καὶ τότε ὑπατεύοντα τὸν Αὔγουστον ἔσχον, δικτάτορα αὐτὸν ἠθέλησαν προχειρίσασθαι, καὶ τὴν βουλὴν εἰς τὸ συνέδριον κατακλείσαντες, ἠνάγκασαν τοῦτο ψηφίσασθαι· καὶ αὐτῷ προσῆλθον, δεόμενοι λεχθῆναι δικτάτωρ, καὶ ἐπὶ τοῦ σίτου συγκομιδῆς ἐπιμελητής. ὁ δὲ τὴν μὲν τοῦ σίτου φροντίδα ἐδέξατο, τὴν δικτατωρείαν δὲ οὐ προσήκατο. ἀλλ' ἐπεὶ μάτην διαλεγόμενος αὐτοῖς, μάτην δεόμενος ἐπαύετο, τὴν ἐσθῆτα διέῤῥηξεν. ὀρθῶς γὰρ καὶ συνετῶς τὸ μισητὸν τῆς ἐπικλήσεως « ἐφυλάξατο, καὶ ἐπίφθονον, ὑπὲρ τοὺς δικτάτορας ἔχων « τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν τιμήν. ἐπιβουλὴν δὲ κατ' αὐτοῦ συστησαμένων τινῶν, αὐτοί τε καὶ οἱ συνωμόται φυγῇ ἥλωσαν ὡς φευξόμενοι, οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἀπεσφάγησαν. μετὰ ταῦτα δ' εἰς Σικελίαν ἀπελθόντος ἐκείνου, ὁ δῆμος τῶν Ῥωμαίων περὶ ὑπάτους χειροτονιῶν ἐστασίασεν, ὡς καὶ ἐντεῦθεν δειχθῆναι, ὅτι ἀδύνατον ἦν δημοκρατουμένους αὐτοὺς σωθῆναι. οὕτω γὰρ ἐθορύβησαν, καὶ ἅπαντα συνετάραξαν, ὥστε καὶ τὸν Αὔγουστον ὑπὸ τῶν ἐμφρόνων ἀνακληθῆναι. ἀγανακτήσας δ' ἐπὶ τούτῳ ὁ Αὔγουστος, καὶ μήτε ἀεὶ τῇ Ῥώμῃ σχολάζειν δυνηθεὶς, μήτ' αὖ ἄναρχον αὐτὴν καταλιπεῖν τολμῶν, ἐζήτει αὐτῇ ἐπιστῆσαί τινα. καὶ ἔκρινε μὲν τὸν Ἀγρίππαν πρὸς αὐτὸ ἐπιτηδειότατον. βουληθεὶς δὲ καὶ μεῖζον αὐτῷ περιθεῖναι ἀξίωμα, ἵνα ἐκ τούτου ῥᾷον αὐτῶν ἄρχῃ, κατηνάγκασεν αὐτὸν, τὴν γυναῖκα ἀφέντα, τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ συνοικῆσαι τῇ Ἰουλίᾳ, καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ αὐτίκα ἐπί τε τῷ γάμῳ καὶ ἐπὶ τῇ μεταχειρίσει τῆς πόλεως ἔπεμψε, διά τε τἆλλα, καὶ ὅτι Μαικήνας εἶπε τῷ Καίσαρι, ὡς τηλικοῦτον αὐτὸν πεποίηκας, ὥστε ἢ γαμβρόν σου γενέσθαι « χρῆναι, ἢ φονευθῆναι. Ἀγρίππας οὖν ἐλθὼν τὰ εὑρὼν ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰ πράγματα, κατεστήσατο. ὁ δὲ Αὔγουστος τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ διοικήσας, εἰς τὴν Ἑλλάδα ἐπεραιώθη, καὶ τὸ Ἑλληνικὸν διαταξάμενος, εἰς τὴν Σάμον ἔπλευσε. κἀκεῖ χειμάσας, εἰς τὴν Ἀσίαν ἐν τῷ ἔαρι ἐκομίσθη, καὶ τὰ ἐκεῖ καὶ τὰ ἐν τῇ Βιθυνίᾳ διέταξε. καὶ τοὺς Κυζικηνοὺς ἐδουλώσατο, ὅτι Ῥωμαίους τινὰς μαστιγώσαντες ἔκτειναν. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τοῖς Τυρίοις καὶ τοῖς Σιδωνίοις ἐποίησεν, ἐν τῇ Συρίᾳ γενόμενος. ἡ Ἰουλία δὲ τὸν Γάιον ἔτικτε. καὶ ὁ Αὔγουστος ἐθνῶν ἡγεμονίας τισὶ δεδωκώς, ἐπανῆλθεν εἰς Σάμον· κἀκεῖ καὶ αὖθις ἐχείμασε καὶ πολλὰ διῴκησεν. ἀφίκοντο γὰρ ἐνταῦθα πρεσβεῖαι πλεῖσται· καὶ οἱ Ἰνδοὶ τότε φιλίαν ἐποιήσαντο, δῶρα πέμψαντες ἄλλα τε, καὶ τίγρεις, πρῶτον τότε Ῥωμαίοις ὀφθείσας. αὖθίς τε στάσις ἐν τῇ Ῥώμῃ συνέβη, καὶ σφαγαὶ γεγόνασι διὰ τὰς τῶν ὑπάτων ἀρχαιρεσίας. μαθὼν οὖν ταῦθ' ὁ Καῖσαρ, καὶ συνιδὼν ὅτι οὐδὲν πέρας γενήσεται τοῦ κακοῦ, εἰς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη, καὶ αὐτὸς ἀπέδειξεν ὕπατον. ἐπεὶ δὲ ὑπαντῆσαι αὐτῷ πάντες παρεσκευάζοντο, νύκτωρ εἰς τὴν πόλιν εἰσεκομίσθη· ὃ καὶ πολλάκις ἐποίησε, καὶ ἐξιὼν τοῦ ἄστεος καὶ ἐπανιὼν, ἵνα μηδενὶ ὀχληρὸς εἴη. εἶτα τῶν τρόπων ἐπιμελητὴς καὶ τιμητὴς εἰς πενταετίαν προχειρισθεὶς ἐχειροτονήθη. τὴν δὲ τῶν ὑπάτων τιμὴν διὰ βίου ἔλαβε. τινῶν δ' αἰτίας σχόντων ἐπιβουλῆς αὐτῷ καὶ τῷ Ἀγρίππᾳ,

[illegible]

ὅτι τὸν ἀγρίππαν ὁ καῖσαρ τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ τῇ ἰουλίᾳ συνοικίζει.

ὅσα ὁ καῖσαρ ὁ αὔγουστος ἐποίησε διαφόρως [illegible]

alios

ἄλλους μὲν τινὰς ἐδικαίωσε· τὸν δὲ Λέπιδον ἐμίσει μὲν καὶ δι᾽ ἄλλα, καὶ ὅτι ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐπεβεβουλεύκει αὐτῷ, οὐ μέντοι καὶ ἀποκτεῖναι ἠθέλησεν, ἀλλ᾽ ἄλλοτε ἄλλως προεπηλάκιζε καὶ ἐχλεύαζεν. ἔθετο δέ τινα καὶ ἄλλα νόμιμα, καὶ τὸ, τοὺς δεκάσαντάς τινας ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς, ἐς πέντε ἔτη αὐτῶν εἴργεσθαι. τοῖς τε ἀγάμοις καὶ ταῖς ἀνάνδροις ἐπιτίμια ἔταξε, τοῦ δὲ γάμου καὶ τῆς παιδοποιίας ἆθλα ἔθηκε. κἀπειδὴ πολὺ πλεῖον τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος τοῦ εὐγενοῦς ἦν, ἐπέτρεψε καὶ ἀπελευθέρας τοῖς ἐθέλουσι, πλὴν τῶν βουλευτῶν, ἄγεσθαι, ἔννομον τὴν τεκνοποιίαν αὐτῶν εἶναι κελεύσας. ἐπεὶ δὲ βρέφη τινὲς μνηστευόμενοι, τὰς μὲν τῶν γεγαμηκότων ἐκαρποῦντο τιμὰς, τὸ δὲ ἔργον αὐτῶν οὐ παρείχοντο, προσέταξε, μηδεμίαν ἰσχύειν μνηστείαν, μεθ᾽ ἣν οὐ δύο διελθόντων ἐτῶν εὐθὺς γαμήσει τις, τουτέστι δεκέτιν πάντως ἐγγυᾶσθαι, δώδεκα δὲ ταῖς κόραις ἔτη ἐς τὴν τοῦ γάμου ὥραν πλήρη νομίζεται. ὁ δὲ Ἀγρίππας καὶ ἕτερον υἱὸν ἐκ τῆς Ἰουλίας ἐγέννατο, Λούκιον ὀνομασθέντα, ὃν ὁ Αὔγουστος, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Γάιον ἐσποιήσατο, καὶ διαδόχους τῆς ἀρχῆς αὐτίκα ἀπέδειξεν, ἵν᾽ ἧττον ἐπιβουλεύηται. ἑστιώμενος δέ ποτε παρὰ Πωλίωνι, ἀνδρὶ πλουσίῳ μὲν σφόδρα, ὠμῷ δὲ λίαν καὶ ἀπηνεῖ, ἐπεὶ ὁ οἰνοχόος ἑαυτοῦ κύλικα κρυσταλλίνην κατέαξε, καὶ ἐς τὰς μυραίνας ὠθεῖσθαι ὑπὸ τοῦ δεσπότου ἐμβληθῆναι (ἔτρεφε γὰρ ἐν δεξαμεναῖς τοιαύτας, ἀνθρώπους δεδιδαγμένας ἐσθίειν, καὶ τοὺς δούλους αὐταῖς ἐς θάνατον παρέβαλλε) περὶ τῆς τιμωρίας ὁ Καῖσαρ τοῦ οἰνοχόου. ὡς δ᾽ οὐκ ἔπειθε τὸν Πωλίωνα, φέρε, φησὶν, ὅσα τοιαῦτα ἔχεις ἐκπώματα, ἢ καὶ ἕτερα χρήματα, ἵν᾽ αὐτοῖς χρήσωμαι. κομισθέντα δ᾽ οὖν συνέτριψεν, εἰπὼν, ἵνα μὴ διὰ ταῦτα κολάζωνται ἄνθρωποι. ὁ δὲ Πωλίων πρὸς τὸ πλῆθος τῶν κατεαγότων, τῆς μιᾶς ἐπελάθετο κύλικος, καὶ τὸν οἰνοχόον τιμωρήσασθαι μὴ δυνάμενος, ὅτι ἐπὶ πολλοῖς τὸ αὐτὸ ἐπεποιήκει ὁ Αὔγουστος, καὶ ἄκων ἀπέσχετο. Ἀγρίππας δὲ νοσήσας ἐν Καμπανίᾳ, ἀπέθανεν, οὗ ὁ Καῖσαρ παραγενόμενος, τό, τε σῶμα αὐτοῦ εἰς τὴν Ῥώμην ἐκόμισε, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ προθέμενος, λόγον ἐπ᾽ αὐτῷ ἀνέγνω, καὶ τὴν ἐκφορὰν αὐτοῦ πολυτελῆ ἐποιήσατο, καὶ ἐν τῷ ἑαυτοῦ μνημείῳ ἔθαψεν. ὁ δὲ τοῦ Ἀγρίππου θάνατος κοινόν τι τοῖς Ῥωμαίοις πένθος ἐγένετο. τά τε γὰρ ἄλλα ἄριστος τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν ἀνθρώπων ἐγένετο, καὶ τῇ τοῦ Αὐγούστου φιλίᾳ πρός τε τὸ ἐκείνου καὶ πρὸς τὸ κοινῇ συμφέρον ἐχρῆτο, καὶ πᾶσαν τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν καὶ ἀνδρείαν ἐς τὰ λυσιτελέστατα παρέχων τῷ Καίσαρι, πᾶσαν τὴν παρ᾽ ἐκείνου δύναμιν καὶ τιμὴν ἐς τὸ τοὺς ἄλλους εὐεργετεῖν ἀνήλισκεν. ὅθεν οὔτ᾽ αὐτῷ ἐπαχθὴς, οὔτε τοῖς ἄλλοις ἐπίφθονος ἐγεγόνει. τούτου μεταλλάξαντος, ἐπεὶ συνεργοῦ πρὸς τὰ πράγματα ἐδεῖτο, τὸν Τιβέριον καὶ ἄκων προσείλετο (οἱ γὰρ τοῦ Ἀγρίππου υἱοὶ, ἔγγονοι δ᾽ αὐτοῦ, ἐν παισὶν ἔτι ἐτέλουν) καὶ ἀπαλλάξας ἐκείνου τὴν γυναῖκα, θυγατέρα Ἀγρίππου ἐξ ἄλλης γαμετῆς, τὴν Ἰουλίαν αὐτῷ ἐνεγγύησεν. ἔπειτα διά τε τούτου, καὶ διὰ τοῦ Δρούσου, καὶ διὰ Πείσωνος Λουκίου, πολλὰ τῶν ἐθνῶν ὑπηγάγετο. ἀργύριον δὲ τῆς τε βουλῆς καὶ τοῦ δήμου ἐς εἰκόνας αὐτῷ συνενεγκόντων, ἑαυτοῦ μὲν οὐδεμίαν ἔστησεν, ὑγιείας δὲ δημοσίας, καὶ ὁμονοίας, καὶ εἰρήνης εἰκόνας ἀνέστησε. καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ αὐτῷ ἐκείνῳ προσιόντες, οἱ μὲν πλεῖον, οἱ δὲ ἔλαττον ἐδίδοσαν, καὶ ὃς προσεπιθεὶς ἕτερον τοσοῦτον ἢ καὶ πλεῖον ἀντεδίδου, οὐ μόνοις τοῖς βουλευταῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις. τέθνηκε δὲ τότε καὶ ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ ἡ Ὀκταβία, καὶ αὐτός γε ἐπ᾽ αὐτῇ δημοσίᾳ προτεθείσῃ ἐπιτάφιον εἶπε.

Θάνατος ἀγρίππα. *Ἔπαινος ἀγρίππα.* *Τιβέριος καῖσαρ γαμβρὸς συνεργός.* *Περὶ φέρματος.*

καὶ ὁ

alios quoſdam ſupplicio affecit. Lepidū autem cùm alijs de cauſis, tum ob inſidias à filio illius ſibi factas inuiſum, non occidit, ſed aliàs aliter ludibrio & cōtemptui habuit. Præter leges alias, illā quoq; tulit, ut qui in comitijs ſuffragia corrupiſſent, magiſtratib. quinquennium excluderentur. Vitę cœlibi tam uirorū quàm mulierum pœnas, coniugio & procreationi liberûm prēmia propoſuit. & quia plures erant patricij mares quàm fœmellæ, permiſit etiā libertinas ducere ſi qui uellent, ſenatorib. exceptis, eorūq; progeniem legitimā eſſe iuſsit. Iam quia nōnulli infantibus ſibi deſponſis, cum fraudē legi facerēt, præmijs coniugū fruebātur: ſanxit, ne qua ſponſalia rata eſſent, niſi poſt bienniū nuptię celebrarentur: hoc eſt, ut puellæ nō minores x annis deſponderentur, quarū annus ætatis duodecimus maturus cōiugio habebatur.

Leges de matrimonijs.

Agrippa filium alterum ex Iulia ſuſcepit, Luciū, quem unà cum Caio Auguſtus adoptatos ſtatim imperij ſucceſſores deſignauit, ut minus inſidijs appeteretur.

Caius & Lucius Agrippæ filij ab Auguſto adoptantur.

Cum aliquādo Pollionis, hominis locupletis, ſed ſæui & crudelis, cōuiua eſſet, & is pincernā ob calicem cryſtallinū fractū murænis, quas in piſcinis alebat ad deuorandos homines aſſuefactas, obijci iuſsiſſet (id enim ſupplicium ſeruis, quos occidebat, cōſtituerat) pœnā pincernę Cęſar deprecatus eſt. cū nihil impetraſſet, Pollionē etiam alia eiuſdē materiæ pocula, & ſi qua præterea precioſa haberet, ut eis uteretur, afferri iuſſit, allata confregit: Ne propterea, inquit, homines occidant. Sic Pollio propter multitudinem confractorū ab Auguſto calicū, unius oblitus, cum pincernam punire non poſſet, uel inuitus homini pepercit.

Pollionis cryſtallina.

Agrippa in Cāpania ex morbo defuncto, Cæſar eò profectus, corpus eius Romam aduexit, eoq; in forū allato, orationem recitauit: factoq; magnifico funere, oſſa in ſuū monumentum intulit. Agrippæ mors publicum Romanis luctum attulit. Nam cùm cæteris uir ſuæ ætatis optimus fuit, tum Auguſti amicitia ad ipſius & Reipublicæ utilitatem uſus eſt, ſuamq; prudentiam & fortitudinem omnem in res Cæſari utiliſsimas contulit, omni potentia & honore, quibus ab illo ornatus erat, ad beneficentiam conuerſa. Quare nec Auguſto grauis, nec cæteris inuidioſus fuit.

Agrippæ obitus & elogium.

Eo defuncto, cum rerum gerēdarum ſocio carere non poſſet, Tiberium uel inuitus aſciuit (nam Agrippæ filij, nepotes ipſius, pueri adhuc erant) ereptaque uxore, Agrippæ ex alia coniuge filia, Iuliam ei deſpondit. Deinde per eum, & Druſum, & Lucium Piſonem, multas nationes ſubegit.

Tiberius Agrippæ ſuccedit.

Pecunia à ſenatu & populo ad eius imagines faciendas collata: ſui nullam imaginem erexit, ſed publicæ Salutis, Concordiæ & Pacis ſtatuas fecit.

Statuæ Salutis, Concordiæ, Pacis.

Primo anni die cum adibant homines, atque alij plus, alij minus offerebant: quibus ipſe duplum aut amplius reddebat, non ſenatoribus duntaxat, ſed alijs etiam.

Strenæ Calen. Ianuarij.

Octauiā ſororem tum mortuam publicè propoſuit, & funebrem de ea orationem habuit.

Octauiæ obitus.

Druſus

Druſi ſpectrum & obitus.

Druſus & ſenatus ueſtes lugubres induerũt, ut in luctu publico. Anno ſequenti Druſus conſul factus, gẽtibus quibuſdam bellũ intulit: &, cum nonnullis ſubactis ulterius progredi ſtatuiſſet, mulier ei natura humana maior obuia, dicere uiſa eſt: Quónam properas Druſe inſatiabilis? Non in fatis eſt, ut iſta omnia uideas. Verùm abito: iam enim & uitæ & operũ tibi finis inſtat. Inde rediens in morbum incidit, ex quo deceſsit. Eius morbo Imperator audito, Tiberium feſtinanter ad eũ miſit: qui & ægrotantem illum uidit, & mortuũ Romam aduectum in foro propoſuit, atq; in defuncti laudem & Auguſtus & Tiberius orationes habuerũt.

Auguſti moderatio.

Inde ad leges ferendas conuerſus, eas ſenatoribus legendas dedit, ut ſi quid uel improbarẽt, uel melius noſſent, dicerent. Adeò enim popularẽ ſe præbebat, ut cum ex cõmilitonibus quidam eum aduocatum oraſſet, ipſe uerò propter occupationes amicum ſuo loco miſiſſet, idq; ille moleſtè ferẽs, dixiſſet: At ego, quoties ubi auxilio fuit opus, non aliũ pro me miſi, ſed ipſe pro te diſcrimẽ adij: in forũ uenit, & ipſe ei patrocinatus eſt. Cum quidam, ut per ambitũ & corruptelas magiſtratus adepti arguerentur: rem neq; explorauit, & diſsimulauit, quòd ea de cauſa neq; mulctare quenquã, neq; conuictis ueniã dare uolebat. Principatum, etſi depoſiturũ præ ſe ferebat: tamen altero decennio elapſo, inuitus ſcilicet, denuò ſuſcepit, ut Gallis bellũ inferret. Cæterùm ipſe domi manſit, & Tiberiũ contra illos miſit: reuerſum, Imperatorem declarauit, & conſulẽ fecit, & triũpho ornauit.

Tiberius Imperator deſignatur.

Sextilis, Auguſtus.

Menſem Sextilem de ſuo nomine Auguſtũ appellauit: Mecœnatis obitum ægrè tulit, qui cùm alijs in reb. ei fuit utilis, tum ira efferueſcentem placare ſolitus, & ad moderationẽ traducere.

Mecœnatis obitus & laudes.

Cuius illud argumentum eſt. Cum aliquãdo pro tribunali multos capitis condemnaſſet, Mecœnas per turbam populi ad eum penetrare fruſtra conatus, chartulæ inſcripſit, SVRGE CARNIFEX: eamq; in gremium eius cõiecit, qua lecta, ſurrexit Cæſar, & ſententias abrogauit, quas tum pronunciarat. Nam ſe ab amicis caſtigari, adeò nõ ægrè ferebat, ut gauderet. Mecœnatis porrò uirtutẽ illud declarat maximè, quòd cum cupiditatibus Auguſti refragaretur, nihilominus ei charus erat, & cæteris omnibus placebat. & quamuis tãta eius eſſet autoritas, ut multis honores & magiſtratus largiretur, ipſe in ordine equeſtri omnem ætatẽ æquo animo exegit. Auguſtus cũ Caiũ & Luciũ nepores, eoſdẽq; filios adoptiuos, nõ ſuos imitari mores uideret (nec enim luxurioſius dũtaxat, ſed ferocius etiã ſe gerebant) eoſq; ut priuatos, modeſtiores reddere ſtatuiſſet: tribunitiã poteſtatem in quinquenniũ Tiberio decreuit, & Armeniam poſt Tigranis obitũ alienatã attribuit.

Armenia Tiberio & tribunatus datus.

Verùm ea re nihil profecit. nam & pueri cũ ſe negligi putarẽt, ei ſuccenſebant: & Tiberius illorũ irã ueritus, in Armeniã non abijt, ſed Rhodum eſt profectus.

C. & Lucius principes iuuentutis.

Auguſtus uerò anno ſequẽti duodecimùm cõſul, Caiũ toga uirili data in curiã adductũ, principẽ iuuentutis deſignauit, et præfectum

καὶ ὁ Δροῦσος καὶ οἱ βουλευταὶ τὰ πενθήρη χιτῶνας ἔλαβον, δημοσίᾳ τὸ πένθος ποιούμενοι. τῷ δ' ἐχομένῳ ἔτει ὁ Δροῦσος ὑπατεύσας, κατ' ἐθνῶν τινῶν ἐξεστράτευσε. καὶ τινα χειρωσάμενος, πορρωτέρω χωρεῖν ἐπεχείρησε. καὶ ἐντυχοῦσα γυναικὶ μείζονι ἢ κατὰ ἀνθρώπου φύσιν ἐπὶ πλεῖστον ἀπιὼν, ἡ ποῖ δῆτα ἐπείγῃ Δροῦσε ἀκόρεστε, λέγειν αὐτῷ ἐδόκει. οὐ πάντα σοι ταῦτα ἰδεῖν πέπρωται. ἀλλ' ἄπιθι. ἤδη γάρ σοι καὶ τοῦ βίου καὶ τῶν ἔργων πάρεστι τελευτή. ὑποστρέφοντα δ' ἐκεῖθεν αὐτὸν νόσος ἐνέσκηψεν, ἐξ ἧς ἐτελεύτησε. πυθόμενος δ' ὁ αὐτοκράτωρ ὅτι νοσεῖ, τὸν Τιβέριον κατὰ τάχος ἔπεμψεν, ὃς ἔμπνουν τε αὐτὸν εὗρε, καὶ θανόντα ἐς τὴν Ῥώμην ἐκόμισε· καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ προτεθέντα, ὅ,τε Αὔγουστος καὶ ὁ Τιβέριος ἐπ' αὐτῷ ἐπῄνεσαν. νόμους δὲ μετὰ ταῦτα ὁ Καῖσαρ εἰσηνέγκε, καὶ τοῖς βουλευταῖς αὐτοὺς ἀναγνῶναι ἐπέτρεψεν, ὅπως εἰ μή τι ἀρέσκοι, ἢ ἄμεινόν τι νοήσειαν, εἴπωσιν. οὕτω δὲ δημοκρατικὸς ἦν, ὥστε ἐπεί τινος τῶν συστρατευσαμένων αὐτῷ συνηγορῆσαί τινα τῶν αὐτοῦ δεηθέντος, τῶν φίλων αὐτοῦ συνήγορόν τινα ἐπέμψεν, ὡς αὐτὸς οὐκ ἄγων σχολήν. ἐπεὶ δὲ ὁ τῆς συνηγορίας δεόμενος ἀχθεσθείς, ἔφη, ἐγὼ δ' ὁσάκις ἐπικουρίας ἐδεήθης, οὐκ ἄλλον ἀντ' ἐμαυτοῦ ἔπεμψα, ἀλλ' αὐτός σοι πανταχοῦ ἐκινδύνευσα· εἰς τὸ δικαστήριον τε ἐφοίτησε, καὶ αὐτῷ συνηγόρησεν. αἰτιαθέντων δέ τινων ἀρχόντων, ὡς ἐκ δεκασμοῦ τὰς ἀρχὰς λαβόντων, οὐκ ἐξήλεγξε, καὶ προσεποιήσατο μὴ γνῶναι τοῦτο. οὔτε γὰρ κολάσαι τινὰς διὰ τοῦτο, οὔτε συγγνῶναι ἐλεγχθεῖσιν ἤθελεν. τὴν δ' ἡγεμονίαν καίτοι, ὡς ἔλεγεν, ἀφιείς, ἐπειδὴ καὶ τὰ δεύτερα δέκα ἔτη ἐξῆλθον, ἄκων δῆθεν αὖθις ἐδέξατο, ὡς ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς στρατεύσων. καὶ αὐτὸς μὲν οἴκοι κατέμεινεν, ἐπ' ἐκείνους δὲ τὸν Τιβέριον ἔπεμψεν. ὃν ἐπανελθόντα αὐτοκράτορα, καὶ ὕπατον αὖθις ἀπέδειξε, καὶ τοῖς ἐπινικίοις ἐσέμνυνεν. αὐτὸς δὲ τὸν Σεξτίλιον καλούμενον μῆνα Αὔγουστον ἀντωνόμασε. τοῦ δὲ Μαικήνα τελευτήσαντος, ἤλγησε. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλα ὑπ' αὐτοῦ ὤνητο, μάλιστα δὲ τῆς ὀργῆς, ὅτι ἀκρατέστερον αὐτῇ ἐκέχρητο, ἐξέλυέ τε, καὶ μετεκίνει πρὸς τὸ ἠπιώτερον. τεκμήριον δέ, δικάζοντός ποτε, καὶ πολλὰς ἀναφερομένου ψήφους θανατικάς, ἐπεχείρησε μὲν ὁ Μαικήνας διώσασθαι τοὺς περιεστῶτας, καὶ ἐγγὺς αὐτῷ προσελθεῖν. μὴ δυνηθεὶς δέ, ἔγραψεν ἐν χάρτῃ μικρῷ, ἀνάστα δήμιε· καὶ αὐτὸ ἐς τὸν κόλπον αὐτοῦ ἔρριψεν, ὃ ἐπιλαβὼν ἐκεῖνος, εὐθὺς ἀνέστη, καὶ τὰς ψήφους ἀνέτρεψεν, ὡς πλημμελῶς ψηφισάμενος. οὐ γὰρ ἠγανάκτει διελεγχόμενος ὑπὸ τῶν φίλων, ἀλλὰ καὶ ἔχαιρε. μέγιστον δὲ τῆς ἀρετῆς τοῦ Μαικήνου δεῖγμα, ὅτι καίτοι τῷ Αὐγούστῳ πρὸς τὰς ὁρμὰς αὐτοῦ ἀνθιστάμενος ᾠκείωτο, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἤρεσκε. καὶ ὅτι πλεῖστον παρ' αὐτῷ δυνηθείς, ὥστε καὶ τιμὰς πολλοῖς καὶ ἀρχὰς δοῦναι, αὐτὸς ἐν τῷ τῶν ἱππέων τέλει κατεβίω, καὶ οὐχ ὑπερεφρόνησε. ὁρῶν δὲ ὁ Αὔγουστος τόν τε Γάιον καὶ τὸν Λούκιον τοὺς ἐγγόνους αὐτοῦ, οὓς καὶ ἐθετεύσατο, μὴ τὰ ἤθη ζηλοῦντας αὐτοῦ (οὐ γὰρ ἁβρότερον δῆθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ θρασυνόμενοι) καὶ βουληθεὶς αὐτοὺς σωφρονεστέρους ποιῆσαι ὡς ἰδιώτας, τῷ Τιβερίῳ εἰς πενταετίαν τὴν δημαρχικὴν ἐξουσίαν ἀπένειμε, καὶ τὴν Ἀρμενίαν ἀλλοτριωθεῖσαν μετὰ τὸν τοῦ Τιγράνου θάνατον προσεκλήρωσεν. ἀλλ' οὐδὲν ἐκ τούτου ἀπώνατο. οἱ μὲν γὰρ παῖδες τῷ παρορᾶσθαι δόξαντες, ἤχθοντο. ὁ δὲ Τιβέριος τὴν ὀργὴν αὐτῶν φοβηθείς, οὐδὲ ἐς Ἀρμενίαν ἀπεληλύθει, ἀλλ' ἐς Ῥόδον ἀφίκετο. τῷ δ' ἐφεξῆς ἔτει δωδέκατον ὑπατεύων ὁ Αὔγουστος, ἐς τοὺς ἐφήβους τὸν Γάιον ἐνέγραψε, καὶ εἰς τὸ βουλευτήριον ἅμα εἰσήγαγε, καὶ πρόκριτον ἀπέφηνε τῆς νεότητος, ἄρ-

περὶ τῶν ἐγγόνων τοῦ Καίσαρος.

χόν τε

κἀκ τῆς φυλακῆς γενέσθαι ἐπέτρεψε, καὶ μετ' ἐνιαυτὸν καὶ ὁ Λούκιος τὰς τιμάς, ὅσαι τῷ γαΐῳ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἐδέδοντο, ἔλαβεν. ἀθροισθέντος δὲ τοῦ δήμου, καί τινα ἐπανορθωθῆναι ἀξιοῦντος, καὶ διὰ δημάρχους διὰ τοῦτο πρὸς τὸν αὔγουστον πέμψαντος, ἦλθεν ἐκεῖνος, καὶ περὶ ὧν ἐδέοντο συνδιεσκέψατο. καὶ ἐπὶ τούτῳ ἥσθησαν ἅπαντες. τὴν δὲ θυγατέρα ἰουλίαν ἀσελγαίνουσαν φωράσας, ὑπερωργίσθη· καὶ ἐκείνην μὲν ἐς νῆσον ἀπὸ γαίης ὑπερόριον, ᾗ καὶ ἡ μήτηρ ἡ σκριβωνία ἑκοῦσα συνεξέπλευσε. τῶν δὲ χρησαμένων αὐτῇ, τὸν μὲν ἴουλλον ἀντώνιον ἀπέκτεινεν, ἄλλους τέ τινας ἐπιφανεῖς ἄνδρας ὡς ἐπὶ μοναρχίᾳ ἐπιθεμένους, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐς νήσους τινὰς ὑπερώρισε. τῶν ἀρμενίων δὲ νεωτερισάντων, καὶ τῶν πάρθων αὐτοῖς συνεργούντων, ἀλγῶν ἐπὶ τούτοις ὁ αὔγουστος, ἠπόρει τί ἂν πράξῃ. οὔτε γὰρ αὐτὸς στρατεῦσαι οἷός τε ἦν διὰ γῆρας, ὅ, τε τιβέριος, ὡς εἴρηται, μετέστη ἤδη, ἄλλον δέ τινα πέμψαι τῶν δυνατῶν οὐκ ἐτόλμα. ὁ γάιος δὲ καὶ ὁ λούκιος νέοι, καὶ πραγμάτων ἐντυγχάνειν ἄπειροι. ἀνάγκης δ' ἐπικειμένης, τὸν γάιον εἵλετο, καὶ τήν τε ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν ἀνθύπατον καὶ γυναῖκα ἔδωκεν, ἵνα κἀκ τούτου τι προσλάβῃ ἀξίωμα, καί οἱ συμβούλους προσέταξε. καὶ ὁ μὲν ἀφωρμήθη γε τιμώμενος ὑπὸ πάντων ὑποδεχόμενος, οἷα τοῦ αὐγούστου ἔγγονος, ἢ καὶ παῖς νομιζόμενος. καὶ ὁ τιβέριος δὲ ἐς χίον ἐλθὼν, αὐτὸν ἐθεράπευσε, τὰς ὑποψίας ἐκδιαβαλλόμενος, ὑποπίπτων τε διὰ τοῦτο καὶ ταπεινούμενος. ἀπελθὼν δὲ ἐς τὴν συρίαν, καὶ μηδὲν μέγα κατορθωκὼς, ἐτρώθη. ἄδδων γάρ τις τὰ ἀρτάγειρα κατέχων, ὑπηγάγετο ὑπὸ τὸ τεῖχος τὸν γάιον, ὡς τι φράσων ἀπόρρητον, καὶ αὐτὸν ἔτρωσεν. ὁ μὲν οὖν πολιορκηθεὶς, ἑάλω. ὁ δὲ γάιος νόσον ἐκ τοῦ τραύματος, καὶ ἄλλως μέντοι μὴ ὢν ὑγιεινός. διὸ καὶ τὴν διάνοιαν ἐξελύθη, καὶ πολλῷ μᾶλλον ἀπημβλύνθη, καὶ ἰδιωτεύειν ἠξίου. ὥστε τὸν αὔγουστον περιαλγήσαντα, προτρέψασθαι αὐτῷ, ἐς τὴν ἰταλίαν ἐλθόντα πράττειν ὅ, τι βούλοιτο. ὁ δὲ ἐς λυκίαν ἐν ὁλκάδι περιπλεύσας, ἐνταῦθα δὴ καὶ μετήλλαξεν. ὁ δὲ λούκιος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ προαπεσβέσθη, ἐξαίφνης νόσῳ τελευτήσας. ὥστε ἐπὶ τῷ θανάτῳ τούτων ὑπωπτεύθη, καὶ ὁ τιβέριος οὐ πολλῷ πρότερον ἐκ τῆς ῥόδου πρὸς τὴν ῥώμην ὑπονοηθείς. αὐτός τε γὰρ καὶ διὰ τῶν ἄστρων μαντικῆς ἐμπειρότατος ἦν, καὶ θράσυλλον εἶχεν ἄνδρα τὴν ἀστρολογίαν ἀκριβοῦντα, ὅθεν καὶ τὰ ἑαυτῷ καὶ τὰ ἐκείνοις μέλλοντα συμβαίνειν ἠπίστατο. λέγεται γοῦν, ὅτι βουληθεὶς ποτὲ ὁ τιβέριος ἐν τῇ ῥόδῳ τὸν θράσυλλον ἀπὸ τοῦ τείχους ὦσαι, ὡς μόνον συνειδότα ἑαυτῷ ἐν γνώσει, σκυθρωπάσαντά τε ἰδὼν αὐτὸν, ἤρετο διότι συννένοφε· τοῦ δὲ κίνδυνόν τινα προσορᾶν ὑπεσταλμένον αὑτῷ φήσαντος, ἐθαύμασεν ὁ τιβέριος, καὶ φυλάξαι αὐτὸν ἑαυτῷ διὰ τὰς ἐλπίδας ἐβούλετο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω. ὁ δὲ αὔγουστος δεσπότης ὑπὸ τοῦ δήμου ὀνομασθεὶς, καὶ ἀπαγορεύσας μηδένα πρὸς αὐτὸν ἐκχρῆσθαι τούτῳ διὰ τῷ προσρήματι, χιλίας τε καὶ πεντακοσίας μυριάδας δραχμῶν ἀτόκους τοῖς δεομένοις δανείσας ἐπὶ τριετίαν, ἐπῃνεῖτο παρὰ πάντων, καὶ ἐσεμνύνετο. δύνανται δὲ παρὰ ῥωμαίοις αἱ εἴκοσι καὶ πέντε δραχμαὶ χρυσοῦν νόμισμα ἕν, παρὰ δὲ τοῖς ἕλλησιν εἴκοσι δραχμῶν ὁ δίων φησὶ τὸ χρυσοῦν ἀλλάσσεσθαι νόμισμα. μετὰ δὲ ταῦτα κελτικοῦ πολέμου κινουμένου, καὶ αὐτὸς ὑπό τε γήρως καὶ νόσου κεκμηκὸς ἔχων τὸ σῶμα, καὶ ἐκστρατεῦσαι μὴ οἷός τε ὤν, τὸν τιβέριον τὰ μὲν ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἀναγκασθεὶς, τὰ δὲ ὑπὸ τῆς ἰουλίας ἀναπεισθεὶς (ἤδη γὰρ αὕτη ἐκ τῆς ὑπερορίας κατήχθη) ἐποιήσατο, καὶ τὴν ἐπὶ τοὺς κελτοὺς ἐκστρατείαν ἐπέτρεψεν. ὑποπτεύσας δὲ, μή τι νεωχμώσῃ ὁ τιβέριος ὑπερφρονήσας, καὶ τὸν

[illegible]

[illegible] δραχμαὶ [illegible] νόμισμα.

[illegible]

ctum tribus eſſe iuſsit, annoq́ poſt Lucio eius fratri eoſdē honores dedit. Populo cōgregato, & quędam corrigi poſtulante, ea de cauſa tribunis ad Auguſtū miſsis, ipſe uenit: & quæ petebant, unà cū eis cōſiderauit. qua re omnes ſunt delectati. Iuliam filiam, laſciuiā eius ægerrimè ferens, in inſulā relegauit: cū eaq́ mater Scribonia ultrò in exiliū abijt. Ex amatoribus eius Iulium Antoniū, & alios claros uiros ut regnum affectantes interfecit, cæteros in inſulas relegauit. Cum Armenij defeciſſent, & à Parthis iuuarenī: ea re dolēs, quid ageret ambigebat. Nec enim ipſe propter ſenectutē bellū gerere poterat: & Tiberius, ut dictū eſt, iam ſeceſſerat, nec alium ex potentiorib. mittere audebat. Caius uerò & Lucius adoleſcētes, & rerū imperiti erāt. Verùm urgēte neceſsitate, Caiū delegit, poteſtate procōſulari & uxore data, ut ea quoq́ re dignitas eius augereī, et cōſiliarijs adiunctis. Is iter ingreſſus, ab omnib. ut Imperatoris nepos, ac potius filius, honorificè exceptus eſt. Tiberius etiam Chiū traiecit, et adoleſcentē coluit, purgādo ſuſpiciones, et ſummiſſe humiliterq́ ſe gerendo. Cum in Syriā ueniſſet, & nihil præclari geſsiſſet, uulnus accepit. Addo enim, qui Artagira tenebat, eum ad mœnia pellectū, tanquam arcani aliquid dicturus, uulnerauit, ac is quidem urbe expugnata captus eſt. Caius aūt, & iam alioqui parū firma ualetudine, & diſſolutiore ingenio, ex uulnere ęgrotauit: & multo hebetior factus, poſtulauit, ut priuatā ſibi uitam liceret agere. Id Auguſtus ægerrimè ferēs, eum hortatus eſt, ut in Italiā reuerſus, quod uellet ageret. Ille uerò naue oneraria in Lyciam aduectus obijt, Lucio fratre eius repentino morbo prius extincto. Vnde Liuia & Tiberius non multo ante Rhodo reuerſus ſuſpicione non caruerūt. Nā cum & ipſe diuinationis ex ſiderib. peritiſsimus eſſet, & Thraſyllū uirū in aſtrologia ſummū ſecū haberet: quid & ſibi & illis euenturum eſſet, pręſciebat. Illud certè quidē fertur: cum aliquando Rhodi Thraſyllū de muro præcipitare in animo haberet, ut ſolū cogitationum ſuarū conſciū, & eum triſtē uidiſſet, triſtitię cauſam rogaſſe. qui cū reſpōdiſſet, magnum ſibi periculū imminere: Tiberiū admiratione ſciētiæ, & propter ſpē principatus apud ſe retinuiſſe. Sed hęc hactenus. Auguſtus uerò quum domini appellationē à populo Romano ſibi tributam, edicto repudiaſſet: & indigentib. decies quinquies centena millia drachmarū ſine uſura in trienniū mutuaſſet: ab omnib. laudabaī & celebrabaī. Valēt autē apud Romanos quindenæ drachmæ unū aureū nummū: apud Gręcos aūt uicenis drachmis aureū nummū ꝑmutari, ſeribit Diō. Poſt hæc Gallico bello orto, cū ob corpus & ſenio et morbo feſſum, ipſe ducere exercitū nō poſſet, Tiberiū partim ipſis reb. urgētibus, partim Iulię impulſu (iā enim ab exilio reuocata erat) adoptatū, cōtra Gallos miſit. Veritus aūt, ne is ꝑ ſuperbiā noui aliquid molireī, etiam

Iuliæ relegatio.

Caij & Lucij obitus.

Thraſyllus Tiberij aſtrologus.

XV. aut XX drachmæ unū aureū nummum conficiunt.

Tiberij & Druſi adoptio.

Inſidiatores clementia & liberalitate uicti.

etiam Germanicũ Druſi filium adoptauit. Hęc agenti, cùm alij, tũ Cn. Cornelius Pompeij Magni ex filia nepos, ſunt inſidiati. Quos cum nec occidere uellet (neq; enim ſecuritati ſuæ interitu illorum quicquã conſuli uidebat) nec abſoluere auderet, ne plurium ea lenitate contra ſe audacia cõfirmaretur: neq; interdiu ſecurus, neq; noctu quietus eſſe poterat. Quæ cũ Liuia uideret, rogabat, qua de cauſa noctu nõ dormiret? Cui ille: Quis nam, inquit, mulier, inter tot hoſtes uel minimã capiat quietem, & in tam frequentib. inſidijs? Tum illa, multis ea de re uerbis factis, deniq; conſuluit: ne quem inſidiatorem occideret, ſed alio quouis modo eos caſtigaret, ne quid eiuſmodi deinceps conarentur, uenia in primis & benefaciendo. Nunq; enim, inquit, gladius cuiq; ſui amorẽ perſuadere, aut extorquere potuit: ſed eũ qui punitur perdit, cęterorũ animos ab eo qui pœnas ſumit, alienat. Neq; enim profectò ob aliorum ſupplicia amare incipiunt, ſed oderunt magis ob metum ſibi quoq; impendentem. Hęc & id genus alia diſſerenti Liuię obtemperauit Auguſtus, & reos omnes uerbis caſtigatos dimiſit: Cornelium etiam conſulem deſignauit. Cũ ſuperſtiti ex Iulia filia & Agrippa nepoti, quem Agrippam nominauit, togam uirilem dediſſet: Tiberius rem bellicã adminiſtrans, Romam crebrò uenit, metuens, ne ſibi Auguſtus per abſentiam ſuam alium anteferret. ſed Dacis, Sauromatis, alijsq; Pannonicis gentibus concitatis, ex Gallijs ad eas redijt: eodemq; Auguſtus Germanicum miſit, quum fortaſſe Tiberius eas celerites uincere poſſet, ac tempus de induſtria tereret, ut propter bellum in armis eſſet. Miſit autem Germanicum, quòd Agrippa propter pertinacem morum improbitatem abdicato, eius pecunia in ærarium relata militare, ipſe in inſulã relegatus erat. Eas gentes Romani poſt multas clades illatas, nec pauciores acceptas, tandem partim ad deditionem compulerũt, partim acie uicerunt. Tiberius Romam reuerſus ab Auguſto in Dalmatiam contra quoſdam tumultuantes miſſus eſt: quos ægrè ille quidem, & cũ periculo, ſed uicit tamẽ. uicit & Germanicus alios. Bello ſic confecto, nuncius ex Germania allatus, obſtitit quo minus triumpharetur. Nam in Gallia nonnullas eius partes Romani occuparant, non eodem ſitas loco, ſed ſparſim pro tempore ſubactas. Erãt in ea legiones, & urbes condebantur, & barbari ad Romanos mores & ciuilitatem traducebãtur. Qui dum paulatim & ratione quadam à patrijs inſtitutis auocabãtur, uitæ mutationẽ haud iniquis animis patiebantur. Sed quũ Quintilius Varus Germanię pręfoſitus, eos ſubitò ac penitus ab inueterata conſuetudine auellere aggrederẽ, ſuperbeq; & auarè ut mãcipijs imperitaret, ferre nõ potuerũt: ſed eum receptum, tanq; imperata facturi, data fide ſe citra milites ultrò ſeruituros: lõgè à Rheno ſubduxerũt. Qui cum eis crederet, neq; milites, ut in hoſtili agro, coniunctos haberet, & alios aliò dimiſiſſet: ſecuro illo, nec ullum periculum metuente,

Agrippa filius Agrippæ relegatus.

Quintilij Vari clades in Germania.

καὶ τὸν Γερμανικὸν τὸν Δρούσου παῖδα εἰσποιήσατο. πράσσοντι δὲ ταῦτα, ἄλλοι τε, καὶ Γναῖος Κορνήλιος τοῦ μεγάλου Πομπηίου θυγατριδοῦς, ἐπεβούλευσαν. μήτ᾽ οὖν ἀποκτεῖναι σφᾶς ἐθέλων (οὐδὲν γὰρ ἐκ τῶν ἀπολλυμένων ἑώρα πρὸς ἀσφάλειαν αὐτῷ κατορθούμενον) μήτ᾽ ἀπολῦσαι θαρρῶν, ἵνα μὴ καὶ ἄλλους ἐκ τούτου ἐφ᾽ ἑαυτὸν ἐπαγάγηται, οὔθ᾽ ἡμέρας ἀφροντιστεῖν, οὔτε νυκτὸς ἀδεῶς καθεύδειν ἠδύνατο. τοῦτο δ᾽ ἡ Λιβία ὁρῶσα, ἤρετο αὐτόν, τί ὅτι οὐ καθεύδει; ὁ δέ, τίς ἄν, εἶπεν, ὦ γύναι, κἂν ἐλάχιστον ἀτρεμήσαι, τοσούτους ἔχων ἐχθρούς, καὶ οὕτω συνεχῶς ἐπιβουλευόμενος; ἡ δὲ πολλὰ μὲν περὶ τούτου διαλεχθεῖσα αὐτῷ, τελευταῖον δὲ γνώμην ἔδωκε, θανάτῳ μὲν μηδένα τῶν ἐπιβουλευόντων κολάζειν, ἑτέρως δέ πως αὐτοὺς σωφρονίζειν, ὥστε μηκέτι τοιοῦτόν τι ἐξαμαρτεῖν, καὶ μάλιστα συγγνώμῃ καὶ εὐποιΐαις. οὐ γὰρ πείθειν, ἢ ἀναγκάζειν, ἔφη, φιλεῖν τὸ ξίφος τινὰ δεδύνηται, ἀλλὰ τὸν μὲν κολαζόμενον ἀπόλλυσι, τὰς δὲ δὴ τῶν ἄλλων ψυχὰς ἀλλοτριοῖ τοῦ κολάζοντος. ἐπεὶ μηδὲ φιλοῦσιν ὅτι ἐδικαιώθησάν τινες ἕτεροι, ἀλλ᾽ ἀπεχθάνονται μᾶλλον ὅτι φόβος καὶ αὐτοῖς ἐντεῦθεν ἐπάγεται. ταῦτα πολλὰ τῆς Λιβίας εἰπούσης, ὁ Αὔγουστος ἐπείσθη αὐτῇ, καὶ πάντας ἀφῆκε τοὺς ὑπαιτίους, λόγοις νουθετήσας αὐτούς, τὸν δέ γε Κορνήλιον καὶ ὕπατον προεβάλετο. τῷ λοιπῷ δὲ τοῦ Αὐγούστου θυγατριδῷ, τῷ ἐκ τῆς Ἰουλίας τῷ Ἀγρίππᾳ τεχθέντι, ὃν καὶ Ἀγρίππαν ἐκάλεσεν, ὡς ἐφήβοις ἐνέγραψεν. ὁ δέ γε Τιβέριος τά τε τῶν πολέμων διῴκει, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην συνεχῶς ἐσεφοίτα, φοβούμενος μὴ ὁ Αὔγουστος ἄλλον τινὰ ἀπόντος αὐτοῦ προτιμήσῃ. κινηθέντων δὲ τῶν Δακῶν, καὶ Σαυροματῶν, καὶ ἄλλων Παννονικῶν ἐθνῶν, ὁ Τιβέριος πρὸς αὐτοὺς ἀνέστρεψεν ἐκ τῆς Κελτικῆς. καὶ τὸν Γερμανικὸν δὲ ὁ Αὔγουστος ἐκεῖ ἐξέπεμψεν, ὡς τάχα τοῦ Τιβερίου ταχέως αὐτῶν κρατῆσαι δεδυνημένου, ἑκουσίως δὲ τὸν καιρὸν τρίβοντος, ἵν᾽ ἐν τοῖς ὅπλοις εἴη διὰ τὸν πόλεμον. ἔπεμψε δὲ τὸν Γερμανικόν, ὅτι ὁ Ἀγρίππας ἀπεκηρύχθη ὡς μὴ σωφρονιζόμενος, καὶ ἥ, τε οὐσία αὐτοῦ τῷ στρατιωτικῷ ταμιείῳ ἀπεγράφη, κἀκεῖνος εἰς νῆσον περιωρίσθη. πολλὰ μέντοι καὶ ποιήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι ἐν τοῖς τῶν ἐθνῶν τούτων πολέμοις, οὐ μείω δὲ καὶ παθόντες, τέλος τὰ μὲν ὁμολογίᾳ ὑπηγάγοντο, τὰ δὲ μάχαις ἐνίκησαν. ὁ δὲ Τιβέριος ἐς τὴν Ῥώμην ἐπανελήλυθε, καὶ αὖθις παρὰ τοῦ Αὐγούστου ἐς Δαλματίαν ἐστάλη ἀνταιρόντων ἐκεῖ τινῶν· οὓς μόλις μὲν καὶ σὺν κινδύνοις, τέως δ᾽ οὖν ἐχειρώσατο, καὶ ὁ Γερμανικὸς ὁμοίως ἑτέρους. καὶ ὁ μὲν πόλεμος οὕτω τοῦτο ἐσχηκε τέλος. ἐκ δὲ Γερμανίας ἀγγελία κομισθεῖσα, ἑορτάσαι τὰ νικητήρια τοὺς ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐκώλυσεν. ἐν γὰρ τῇ Κελτικῇ εἶχόν τινα οἱ Ῥωμαῖοι, οὐχ ὁμοῦ συγκείμενα, ἀλλὰ σποράδην ὡς ἔτυχε χειρωθέντα. καὶ στρατιῶται ἐχείμαζον, καὶ πόλεις συνῳκίζοντο, καὶ οἱ βάρβαροι πρὸς ἔθη Ῥωμαϊκὰ καὶ εὐκοσμίαν μετερρυθμίζοντο. ἕως μὲν οὖν κατὰ βραχὺ καὶ ὁδῷ τινι ἐκ τῶν πατρίων μετήγοντο, οὐκ ἤχθοντο τῇ τοῦ βίου μεταβολῇ. ἐπεὶ δ᾽ ὁ Κυιντίλιος Οὔαρος τὴν ἡγεμονίαν τῆς Γερμανίας λαβών, ἠθέλησεν αὐτοὺς ἀθρόον μεταστῆσαι, καὶ ὡς δούλοις ἐπέταττε, καὶ χρήματα ἐπράττετο, οὐκ ἠνείχοντο, ἀλλὰ δεξάμενοι τὸν Οὔαρον, ὡς τὰ προσταττόμενα ποιήσοντες, πόρρω τοῦ Ῥήνου προήγαγον, καὶ πίστιν αὐτῷ παρεῖχον, ὡς καὶ ἄνευ στρατιωτῶν δουλεύσοντες. ὁ δὲ πιστεύσας, οὔτε τὰ στρατεύματα ὡς ἐν πολεμίᾳ συνεῖχε, καὶ ἄλλους ἀλλαχοῦ ἐξέπεμπε. θαρροῦντος δ᾽ αὐτοῦ, καὶ μή τι δεινὸν

οἷα ἡ Λιβία περὶ τῶν ἐπιβουλευσάντων τῷ Αὐγούστῳ συμβουλεύει.

ὅτι ὁ Τιβέριος κατὰ τῶν Παννονικῶν ἐθνῶν. ὅτι ἐνίκησαν οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς Παννονίους καὶ τοὺς Δαλμάτας.

ὅτι ἐν τῇ Κελτικῇ οἱ Ῥωμαῖοι ἐν μέσῳ τῶν βαρβάρων ᾤκουν ἀσινεῖς.

τρίτον ἔτος μέρος αὐτῶν τι διέσωσεν, ἀλλ' εὐθὺς πάμπολλα προσεδεήθη. τῷ δ' αὐτῷ τρόπῳ καὶ ἐς τὰ ἄλλα ἐκέχρητο. μοιχικώτατός τε γὰρ ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ γυναῖκα μίαν τῶν ἐρωτικῶν ἐκδεδομένην ἀνδρί, ἄλλας δὲ ἀνδράσιν ἐκδεδομένας καὶ συνοικούσας ἤδη ἁρπάσας, πλὴν μιᾶς, τὰς ἄλλας ἐμίσησε· πάντως δ' ἂν κἀκείνην ἐμίσησεν, εἰ ἐπὶ πλεῖον ἐβεβιώκει. καὶ ἐς τὴν μητέρα δὲ καὶ τὰς ἀδελφάς, τήν τε τήθην τὴν Ἀντωνίαν πολλὰ εὐσεβῶς φιλοτιμησάμενος· μετὰ ταῦτα τὴν μὲν τήθην ἀντιτιμάζουσάν τι αὐτῷ ἐς ἀνάγκην ἑκουσίου θανάτου κατέστησε· τὰς ἀδελφὰς δὲ φθείρας ἁπάσας, ἐς νῆσον τὰς δύο κατέκλεισεν. ἡ γὰρ τρίτη προτετεθνήκει, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα ἐποίησε, καὶ τὸν Τιβέριον ὡς ἀσελγῆ καὶ μιαιφόνον διέβαλλεν, ὥστε καὶ ἄλλους ἐκ τούτου χαριεῖσθαι οἱ νομίζοντας προπετέστερον παρρησίᾳ χρήσασθαι. ἔπειτα ἐπῄνεσέ τε καὶ ἐσέμνυνεν, ὥστε καὶ κολάσαι τινὰς ἐφ' οἷς κατ' ἐκείνου εἰρήκεσαν, καὶ τοὺς ἐλκοφοροῦντας ἐκεῖνον ἐκόλαζεν, καὶ τοὺς ἐπαινοῦντας ὡς φίλους ἐκείνου, ἐμίσει, καὶ παμπληθεῖς ἀπέκτεινε τῶν κατὰ τοῦ πατρός, καὶ τῆς μητρός, καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ τὸν Τιβέριον ἐρεθισάντων, καίτοι τὴν ὀργὴν αὐτοῖς ἀφιέναι λέγων, καὶ τὰ γράμματα κατακεκαυκέναι αὐτῶν. καὶ ναοὺς δὲ ἑαυτῷ καὶ θυσίας ὡς θεῷ γίνεσθαι ἐκέλευσεν. αἰτούμενός τέ τι, ὠργίζετο, καὶ αὖθις ἐμήνιεν ὡς μὴ αἰτούμενος. ὀξύτατα ἐπί τινας πράξεις ἐφέρετο, καὶ ῥᾳθυμότατα γ' ἑτέρας μετεχειρίζετο, τά τε χρήματα καὶ ἀφειδέστατα ἀνήλισκε, καὶ ῥυπαρώτατα ἀργυρολόγει, τοῖς τε θωπεύουσιν αὐτὸν καὶ τοῖς παρρησιαζομένοις καὶ ἤχθετο ὁμοίως καὶ ἥδετο. καὶ πολλοὺς μὲν μεγάλα ἀδικήσαντας ἐκόλασε, πολλοὺς δὲ μηδὲν ἀδικοῦντας ἀπέκτεινε. καὶ τῶν ἑταίρων τοὺς μὲν ὑπερφιλοκόλακευε, τοὺς δὲ ὑπερύβριζε. διὸ τοῦτο δὴ σύμπαντες οἱ Ῥωμαῖοι τότε παρεδίδοσαν αὐτοκράτορι, ὥστε τὰ τοῦ Τιβερίου ἔργα, καίτοι δόξαντα παγχάλεπα, τοσοῦτον τὰ τοῦ Γαΐου παρενεγκεῖν, ὅσον κρείττω ἐκείνου τὰ τοῦ Αὐγούστου ἦν, ἐδόκει. Τιβέριος μὲν γὰρ ἦρχε, καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπηρέταις πρὸς τὰ αὐτοῦ ἐκέχρητο βουλήματα. ὁ Γάϊος δὲ ἤρχετο μὲν ὑπὸ τῶν ἁρματηλατούντων, καὶ ὑπὸ τῶν ὁπλομαχούντων· ἐδούλευε δὲ καὶ τοῖς ὀρχησταῖς, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς περὶ τὴν σκηνήν. τὸν γοῦν Ἀπελλῆν τὸν τότε τραγῳδὸν εὐδοκιμώτατον, καὶ δημοσίᾳ συνόντα αὐτῷ ἀεὶ εἶχε, καὶ χωρὶς μὲν ἐκεῖνος, χωρὶς δὲ οἱ λοιποί, πάνθ' ὅσα ἂν εἰκότες οἱ δυνηθέντες τολμήσειαν, ἐπ' ἐξουσίας ἐποίουν. καὶ αὐτὸς τά τε πρῶτα θεατὴς καὶ ἀκροατὴς ἐγίνετο, συσπουδάζων καὶ ἀντιστασιάζων τισίν. ἔπειτα καὶ ἁρματηλάτει, καὶ ἐμονομάχησεν. ὠρχήσατό τε καὶ ἐτραγῴδησεν. ἅπαξ δὲ τοὺς πρώτους τῶν βουλευτῶν ὡς ἐπί τι ἀναγκαῖον μεταπεμψάμενος, ὠρχήσατο. ἐν δὲ τῷ ἔτει ἐν ᾧ ὁ Τιβέριος ἐτελεύτησε, τῇ τε βουλῇ καὶ τοῖς ἱππεῦσι καὶ τῷ δήμῳ ἐκολάκευσε, πέμπτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος ἄγων, καὶ τοὺς δεσμωτηρίους ἀπέλυσε, τά τε ἐγκλήματα τῆς ἀσεβείας κατέλυσε, καὶ τὰ περὶ αὐτῶν τοῦ Τιβερίου γράμματα, ὡς ἔλεγεν, ἐκαυσεν· ἐπῄνει τὸν Τιβέριον· ἔπειτα ὕπατος ἐγένετο, τὸν θεῖον τὸν Κλαύδιον προσλαβών. ἔτος ἱππεὺς ὤν, τότε πρῶτον καὶ ὑπάτευσε καὶ ἐβουλευσεν, ἓξ καὶ τεσσαράκοντα ἔτη γεγονώς. ὁ δὲ Σιλανὸς ὁ πενθερὸς αὐτοῦ μάλιστα ἐν τιμῇ ὑπὸ Τιβερίου ὤν, καὶ ἐπὶ τὰ ἄριστα καὶ ὑπὸ τῆς συγγενείας ὤν, περιυβριζόμενος καὶ προπηλακιζόμενος, διεχειρίσατο ἑαυτόν, καίτοι τὴν τοῦ Τιβερίου σφόδρα τιμώμενος. ὁ δὲ καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ

ὅτι καὶ ἀσελγέστατος ὁ γάϊος ἦν.

ὅτι καὶ ἀνάστατος ὁ γάϊος ἦν.

ὅτι ἑαυτὸν ἐθεοποίει.

ὅτι Σιλανὸς ἑαυτὸν ἀνεῖλεν.

tertium annum partem ullam retinuit, ſed ſtatim multis egere cœpit. Iiſdem moribus etiam alijs in rebus, & maximus adulter fuit: & cum mulierem quandam uiro deſponſam rapuiſſet, alias iam elocatas & in coniugio uiuentes à maritis abſtraxiſſet, cæteras omnes odio proſecutus eſt, una excepta: quam & ipſam utique oſurus fuit, ſi diutius uixiſſet. Erga matrem, ſorores & auiam Antoniam multa piè fecit: poſt, auiam, à qua obiurgatus erat, ad necem uoluntariā compulit: ſorores omnes corrupit, & duas in inſulam relegauit: nam tertia prius obierat, ac multa id genus fecit. Cum Tiberium ut luxurioſum & homicidam criminaretur, alij quoque ſe illi gratū facturos rati, liberius in eum ſunt inuecti. Deinde eundem laudauit & celebrauit, & pœnas de ijs ſumpſit qui illi maledixerāt. Malè de eo loquentes uituperabat, laudantes oderat, ut amicos illius. Magnam turbam eorum qui Tiberium contra patrem, matrem & fratres eius iritarant, occidit: quamuis ſe placatum eis eſſe, eorumque literas cremaſſe diceret. Templa ſibi & ſacrificia ut Deo fieri iuſsit. Si quid petebatur, iraſcebatur: ſi nihil petebatur, rurſus ſuccenſebat. Res quaſdam celerrimè aggrediebatur, nonnullas tardiſsimè ſuſcipiebat. Pecuniam ut per ſummam temeritatem effundebat, ita ſordidiſsimè comparabat. Tam adulatoribus quàm monitoribus ex æquo & delectabatur, & offendebatur. Multos grauiſsimis facinoribus conſtrictos puniebat, multos plane inſontes occidebat. Amicorum alijs immodicè aſſentabatur, alios extremis contumelijs afficiebat. Tali denique imperatori tum Romani ſunt traditi, ut Tiberij facinora quantumuis atrocia à Caij ſceleribus tanto interuallo uincerentur, quanto Auguſtus princeps utroque melior habebatur. Nam Tiberius imperabat, & aliorum miniſterio ad explendā libidinem ſuam utebatur. At Caius aurigis & gladiatoribus parebat, & ſaltatoribus cæteriſque ſcenicis ſeruiebat. Apellem quidem tragœdorum eius ætatis principem, etiam in publico ſemper habebat ſecum, ac priuatim & ille & cæteri pro autoritate faciebant ea, quę id genus hominū data licētia audere ſolet. Ac principio quidē ſe illis & ſpectatorem & auditorē prębebat, & aliquibus uel fauebat uel aduerſabaſ. Deinde aūt & currus agitauit, & cum gladiatorib. in arenam deſcendit, & ſaltauit, & tragœdias egit. Semel primoribus ſenatus, ut in re admodū ſeria noctu accerſitus, ſaltauit. Eo anno quo Tiberius obijt, Senatui, equeſtri ordini & plebi aſſentatus eſt, annum agens V & XX, & uinctos carcere eduxit, & crimina læſæ maieſtatis ſuſtulit, literis Tiberij eadem re crematis, ut aiebat. Quas ob res laudabaſ. Deinde conſulatum geſsit, aſcito collega Claudio patruo. Is enim cum eques eſſet, tum primum & conſul & ſenator factus eſt, annos VI & XL natus. At ſocer eius M. Sillanus, à Tiberio in ſummo honore habitus, Caio tum ob uirtutem tum ob affinitatem grauis, cum iniurijs & contumelijs agitaretur, ſeipſum interfecit. Caius uerò filia eius

Libidines & crudelitas.

Inconſtantia & peruerſitas.

M. Sillani interitus.

eiecta, Corneliam Oreſtinam duxit, in ipſis nuptijs, quas unà celebrabat, C. Calphurnio Piſoni ſponſo ereptã. Quamuis autem talis eſſet, tamen nõnulla laude digna fecit. Nam incendio cum militib. extincto, ſubleuauit eos quibus ignis nocuerat: & equeſtri ordine ad paucitatem redacto, pręcipuos ex uniuerſo imperio accerſitos, in eum allegit, & ſuffragia comitiorũ populo reſtituit. & alia id genus egit, quę cũ delictis cõparata nullo in numero erunt. Nam cum multos occideret, acerbũ id quidem erat tantam perire multitudinẽ: ſed illud multo acerbius, ꝙ cædibus uſq; adeò delectabatur, & ſpectaculo ſanguinis ſatiari nõ poterat. Nam ea ſęuitia fuit, ut cum aliquando condemnati non ſatis multi eſſent, qui beſtijs obijcerẽtur: iuberet è turba quę tabularia inhęrebat, aliquot illis obijci. quibus ne uociferari & quiritari poſſent, linguas in primis præcidit. Multos alia cauſa ſimulata, propter bona occidit. Mors quoq; Druſillę ſororis eius, nõ paucis exitio fuit, quę M. Lepido eius amaſio ſimul & amatori nupta, fratri quoq; ſui copiã faciebat. Eam mortuã præter alios honores in numerũ deorum retulit. Paulo poſt Lolliam Paulinã duxit, coacto marito eius, ut eam ſibi deſponderet: ne in legem cõmitteret ſcilicet, ſi eam ſine ſponſalibus duxiſſet. Cum aliquãdo in angiportu multũ cœni uidiſſet, id in ędilis et eius qui uijs purgãdis præerat ueſtimẽta conijci iuſsit. Tum autẽ ædilis erat Veſpaſianus. Qui cum poſt, imperiũ quoq; turbatũ & confuſum tranquillitati reſtitutũ adornaſſet: illud non ſine numine factũ, ſed planè ciuitas ei ad corrigenda uitia tradita eſſe à Caio, putabatur. Cædium nullũ faciebat modũ, nec eius dominatus aliud quàm carnificina erat. & ut plebi nulla in re gratificabatur, ſic illi admodũ inuiſus erat. Ac præter alia multa dicta & facta minimè grata, illud ęgerrimè ferebat, ꝙ populus per ſpeciẽ honoris acclamabat, Adoleſcẽs Auguſte. Nec enim ſeſe fęlicem prædicari credebat, ꝙ adoleſcens imperaſſet: ſed accuſari, ꝙ tantilla ętate tantũ imperium obtineret. Pecuniã quouis modo parabat, alias atq; alias quęſtus occaſiones captãs: neq; quiſquã uel uir uel mulier mulctã effugiebat. Quòd ſi quos prouectioris ætatis uiuere patiebatur: eos patres & auos, & matres & auias appellãdo, tũ uiuentiũ adhuc bonis fruebatur, tum defunctorũ hæreditatẽ cernebat. Cũ ei libido inceſſiſſet in mari aliquo modo aurigãdi & equitãdi, fretum quod inter Puteolos & Baulos eſt, põte iũxit. Is uerò locus e regione urbis eſt, VI & XX ſtadijs ab ea diſtãs. Ad eum pontẽ cũ nauigia partim ædificata, partim cõuecta eſſent: ingẽs fames in tota Italia, & Romę in primis fuit. Ipſe uerò Alexãdri, ut aiebat, thoracẽ indutus, & ſuper eo chlamydẽ ſericã purpurei coloris, multo auro, multis Indicis gẽmis ornatã, gladio accinctus: ſumptoq; clypeo, & querna corona redimitus, feſtinanter in urbẽ quaſi cõtra hoſtes cũ maximo equitũ & peditũ armatorũ numero introiuit: & alijs id genus rebus per cõcionẽ gloriãdo, Dariũ & Xerxẽ deriſit, ꝙ ipſe lõgè maius quàm illi ſpaciũ maris põte occupaſſet. Is quoq;

Roſę pauca inter multas ſpinas.

Cædiũ delectatio.

Druſillę Caij ſoror.

Lollia Paulina.

Veſpaſianus luto maculatus.

Adoleſcens Auguſte.

Filius loco pletum ſenum & auum.

Pons Puteolanus.

Alexandri thorax.

ἐκβαλὼν, ἔγημε Κορνηλίαν Ὀρεστίναν, ἣν ἐν αὐτοῖς τοῖς γάμοις ἀφήρπασεν, οὓς συνιώρταζε τῷ ἠγγυημένῳ αὐτὴν Γαΐῳ Καλπουρνίῳ Πείσωνι. καί τοι δὲ τοιοῦτος ὢν, ἔπραξέ τινα καὶ ἐπαίνου ἄξια. ἐμπρησμὸν γὰρ μετὰ τῶν στρατιωτῶν κατασβέσας, ἐπήρκεσε τοῖς ζημιωθεῖσι· τό τε τῶν ἱππέων τέλος ὀλιγανδροῦντος, ἐξ ἁπάσης ἀρχῆς τοὺς πρώτους μεταπεμψάμενος, κατέλεξε, καὶ τὰς ἀρχαιρεσίας τῷ δήμῳ ἀπέδωκε. καὶ ἄλλα τινὰ τοιαῦτα ἐποίησεν. ὑπαίτια δὲ εἰργάζετο πολλαπλάσια, καὶ πολλοὺς ἀπέκτεινεν. ἦν δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἀπολλυμένων οὕτω δεινόν· καίτοι δεινὸν ὄν, ἀλλ' ὅτι τοῖς τε φόνοις αὐτῶν ὑπερέχαιρε, καὶ ἀπλήστως εἶχε τῆς θέας τοῦ αἵματος. ἐπεὶ γὰρ ὠμότατος ἐπιλειπόντων ποτὲ τῶν τοῖς θηρίοις ἐκ καταδίκης διδομένων, ἐκέλευσεν ἐκ τοῦ ὄχλου τοῦ τοῖς ἰκρίοις προσεστηκότος συναρπασθῆναί τινας, καὶ παραβληθῆναι αὐτοῖς. καὶ ὅπως μήτε ἐπιβοήσωσι, μήτε αἰτιάσασθαι δυνηθῶσι, τὰς γλώσσας αὐτῶν προαπέτεμον. πολλοὺς δὲ καὶ διὰ τὰς οὐσίας ἐφόνευε, ἐπ' ἄλλα σφίσιν ἐπεγκαλῶν. καὶ ὁ τῆς δρουσίλλης τῆς ἀδελφῆς θάνατος οὐ μικροῖς διέφθειρεν, ἣ συνῴκει μὲν μάρκῳ λεπίδῳ παιδικὰ ἅμα αὐτοῦ καὶ ἐραστῇ ὄν, συνῆν δὲ καὶ ὁ γάϊος. ἐκθανοῦσαν δὲ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων ἠξίωσεν, ἔτι καὶ ἀπεθέωσε. μετ' ὀλίγον δὲ ἔγημε λολλίαν παυλῖναν, αὐτὸν τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἐγγυῆσαι αὐτῷ τὴν γυναῖκα βιάσας, ἵνα μὴ ἀνέγγυον αὐτὴν λαβὼν, παρανομήσῃ. ἐν στενωπῷ δέ ποτε πηλὸν πολὺν θεασάμενος, ἐκέλευσεν αὐτὸν εἰς τὰ τοῦ ἀγορανομοῦντος τότε καὶ τῶν ὁδῶν καθάρσεως ἐπιμελουμένου ἱμάτια ἐμβληθῆναι. ὁ οὐεσπασιανὸς δὲ τότε ἦν ἀγορανομῶν· ὥστε ὕστερον ἐκείνου καὶ τὰ πράγματα τεταραγμένα καὶ πεφυρμένα παραλαβόντος καὶ καταστήσαντος, ἔδοξεν οὐκ ἀθεεὶ τὸ τότε συμβὰν γεγονέναι, ἀλλ' ἀτεχνῶς αὐτῷ τὴν πόλιν πρὸς ἐπανόρθωσιν παρὰ γαΐου ἐγχειρισθῆναι. ἀφειδῶς δὲ πολλοὺς ὁ γάϊος ἐφόνευε, καὶ οὐκ ἦν ἔξω τοῦ φόνου οὐδὲν, καὶ οὐδὲ τῷ πλήθει τι ἐχαρίζετο, κἀκεῖνοι πάνυ αὐτῷ ἀπηχθάνοντο. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλα αὐτῷ μὴ ἀρέσκοντα ἔλεγόν τε καὶ ἔπραττον, πρὸς δὲ τοῖς ἀγανακτεῖν ἐποίουν, ὅτι δοκοῦντες μεγαλύνειν αὐτὸν, νεανίσκε αὔγουστε ἐπεβόων. οὐ γὰρ μακαρίζεσθαι ἡγεῖτο, ὅτι νέος ὢν ἐμονάρχει, ἀλλ' ἐγκαλεῖσθαι ὅτι ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ τηλικαύτην ἔσχεν ἀρχήν. ἐχρημάτιζε δὲ ἐκ τρόπου παντὸς, ἀργυρισμοῦ ἄλλοτε ἄλλας ἐφευρίσκων λαβάς, καὶ ἀζήμιος τῶν γῆς ἐχόντων οὐδεὶς οὐκ ἀνὴρ οὐ γυνὴ καταλέλειπτο· καὶ οὓς τινας δὲ τῶν ἀφηλικεστέρων ζῆν εἴα, ἀλλὰ πατέρας τε καὶ πάππους, μητέρας τε ὀνομάζων καὶ τήθας, καὶ ζῶντας ἐξεκαρποῦτο, καὶ τελευτώντων τὰς οὐσίας ἐκληρονόμει. ἐλάσαι δὲ διὰ τῆς θαλάσσης τρόπον τινὰ καὶ διιππεῦσαι ἐπιθυμήσας, καὶ ἐγεφύρωσε τὸ μεταξὺ τῶν ποτιόλων καὶ τῶν βαύλων. τὸ δὲ χωρίον τοῦτο καταντικρὺ τῆς πόλεως ἐστὶ, διέχον αὐτῆς σταδίους ἓξ καὶ εἴκοσι, πλοῖα δὲ εἰς τὴν γέφυραν τὰ μὲν κατασκευάσθη, τὰ δὲ ἠθροίσθη. ἐφ' ᾧ καὶ λιμὸς ἐν τῇ ἰταλίᾳ καὶ ἐν τῇ ῥώμῃ μάλιστα ἰσχυρὸς ἐγένετο. ὁ δὲ τὸν τοῦ ἀλεξάνδρου ὡς ἔλεγε θώρακα ἐνδυσάμενος, καὶ ἐπ' αὐτῷ χλαμύδα σηρικὴν ἁλουργῆ πολὺν μὲν χρυσὸν, πολλοὺς δὲ λίθους ἰνδικοὺς ἔχουσαν, καὶ ξίφος περιζωσάμενος, καὶ ἀσπίδα λαβὼν, δρυΐνῳ τε στεφανωσάμενος, ὡσανεὶ κατὰ τῶν πολεμίων εἰς τὴν πόλιν εἰσήλασε, παμπληθεῖς ἱππέας τε καὶ πεζοὺς ὡπλισμένους ἐπαγόμενος, καὶ ἄλλα δέ τινα τοιαῦτα ποιήσας, καὶ ἐπ' αὐτοῖς ἀκκισάμενος ἐν δημηγορίᾳ διὰ ταῦτα, τόν τε δαρεῖον καὶ τὸν ξέρξην ἀπέσκωπτεν, ὡς πολλαπλάσιον ἐκείνων τῆς θαλάσσης μέτρον ζεύξας αὐτός.

[illegible]

ἵνα συνάγῃ ὁ γάϊος χρήματα.

αἰτία δὲ θανάτου πολλοῖς καὶ αὕτη ἡ γέφυρα γέγονε. χρήματα γὰρ ὡς αὐτὴν ἀναλώσας ἀμύθητα, πολλῷ πλείοσι διὰ τὰς οὐσίας ἐπεβούλευσεν· ὥστε ἰούνιος μὲν πρίσκος στρατηγὸς, ὑπαχθεὶς μὲν ἐπ᾽ ἄλλοις τισὶν, ἀποθανὼν δὲ ὡς πλούσιος, μαθὼν δὲ ὁ γάιος ὅτι οὐδὲν ἄξιον τοῦ θανάτου ἐκέκτητο, εἶπεν, ὅτι ἠπάτησέ με, καὶ μάτην ἀπώλετο, ζῆν γὰρ ἠδύνατο. ἄφρος δὲ δομίτιος παρὰ μικρὸν κινδυνεύσας, παρὰ δόξαν ἐσώθη. ἐπὶ τινι γὰρ αἰτίᾳ ἐς τὸ συνέδριον ἀγαγὼν αὐτὸν, λόγον κατ᾽ αὐτοῦ ἀνέγνω μακρὸν (νικᾶν γὰρ ἠξίου πάντας τοὺς ῥήτορας, καὶ τὸν δομίτιον δεινότατον ὄντα ὁρῶν, ὑπερβαλεῖν ἐπειρᾶτο) ὁ δὲ οὐκ ἀντεῖπε γε, οὔτ᾽ ἀπελογήσατο, θαυμάζειν δὲ τὴν τοῦ γαΐου δεινότητα προσεποιεῖτο, καὶ κατεπλήττετο, καὶ ἐπέλεγε τι καὶ ἱκέτευε, τὸν ῥήτορα μᾶλλον ἢ τὸν καίσαρα φοβεῖσθαι λέγων, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀδεὴς ἐκεῖνος, καὶ πιστεύσας τῇ τῶν λόγων δεινότητι κεκρατηκέναι αὐτοῦ, ἐπαύσατο τῆς ὀργῆς. ὥστε ἐς τὴν γαλατίαν ἀφώρμησεν, ὡς τάχα τῶν κελτῶν τι νεωτερισάντων, καὶ τοὺς μὲν πολεμίους οὐδένα ἔβλαψε, τοὺς δὲ ὑπηκόους καὶ τοὺς συμμάχους καὶ τοὺς πολίτας πλεῖστα ἐκάκωσε. κυβεύων δέ ποτε, καὶ γνοὺς ὡς οὐκ ἔχει ἀργύριον, ᾔτησε τὰς τῶν γαλατῶν ἀπογραφὰς, καὶ κελεύσας θανατωθῆναι τοὺς πλουσιωτάτους αὐτῶν, ἐπανῆλθε πρὸς τοὺς συγκυβευτὰς καὶ εἶπεν· ὡς περὶ ὀλίγων δραχμῶν ὑμεῖς ἀγωνίζεσθε, ἐγὼ δὲ μυρίας καὶ πεντακισχιλίας ἤθροισα μυριάδας· οὕτως ἀκρίτως πάντα ἐγίνετο. καὶ τὸν λέπιδον δὲ ἐκεῖνον, τὸν ἐραστὴν, τὸν ἐρώμενον, τὸν τῆς δρουσίλλης ἄνδρα, ὃν ὑπερετίμησε, καὶ διάδοχον ἕξειν τῆς ἀρχῆς ἐπηγγέλλετο, ἔκτεινε· καὶ τὰς ἀδελφὰς τὰς οἰκείας, ὡς ἐκείνῳ συμφθαρείσας, ἐς τὰς ποντίας νήσους ἀπήγαγε, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα πεποίηκεν. ἐπεί τε δὲ τὴν παυλῖναν ἐκβαλὼν, προφάσει μὲν ὡς μὴ τικτούσης, τὸ δ᾽ ἀληθὲς ὅτι διακορὴς ἐκείνης ἐγένετο, μιλωνίαν καισωνίαν ἔγημεν, ἣν πρότερον μὲν ἐμοίχευσε, τότε δὲ καὶ γαμετὴν ἐχουσαν ἠθέλησεν, ἐπειδὰν ἐν γαστρὶ ἔχῃ, ἵν᾽ αὐτῷ παιδίον τίκῃ τριακονθήμερον. οἱ δ᾽ οὖν ἐν τῇ ῥώμῃ ἐταράττοντο μὲν ἐκ τούτων, ἐταράττοντο δὲ καὶ ἐπὶ δίκαις σφίσι πλείσταις ἐπηγομέναις διὰ τῇ πρὸς τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ, καὶ διὰ τῇ πρὸς τοὺς πεφονευμένους φιλίᾳ, προσεδόκων τε καὶ ἔτι πλείονα τήν τε ὠμότητα τοῦ γαΐου καὶ τὴν ἀσέλγειαν αὐξήσειν, εἰ ὁ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ χρόνος πλείων γένοιτο. καὶ οἱ μὲν οὕτω διέκειντο πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ καὶ τὸν πτολεμαῖον τὸν τοῦ ἰούβα παῖδα μεταπεμψάμενος, ὡς πλουτοῦντα κἀκεῖνον ἀπέκτεινε. ἔσχε δὲ τὸν τρόπον βίου, πάντως ἐπιβουλεύεσθαι ἔμελλε, καὶ ἐφώρασε τὴν ἐπίθεσιν. καὶ συλλαβὼν νίκιον κερεάλιον καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ σέξτον παπίνιον, ἐβασάνισε, καὶ ἐπειδὴ μηδὲν ἐξηλέγχετο, ἀνέπεισε τὸν παπίνιον, σωτηρίαν αὐτῷ καὶ ἄδειαν ὑποσχόμενος, κατειπεῖν τινων ἢ ἀληθῶς ἢ ψευδῶς, καὶ ἐκείνους αὐτίκα καὶ τοὺς ἄλλους ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἀπέκτεινεν. ἑνὸς δὲ τῶν κτεινομένων, καὶ τὸν πατέρα παρεῖναι κατηνάγκασε, τοῦ υἱοῦ φονευομένου· πυθόμενόν τε, εἰ μύσαι αὐτῷ ἐξείη; καὶ ἐκεῖνον σφαγῆναι προσέταξεν. ὁ δὲ κινδυνεύων, προσεποιήσατο ἐκ τῶν ἐπιβεβουλευκότων εἶναι, καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἐκφανεῖν ὑπέσχετο, καὶ ὠνόμασε τούς τε ἑταίρους τοῦ γαΐου, καὶ τοὺς συνεργοὺς τῆς ἀσελγείας καὶ τῆς ὠμότητος. καὶ πολλοὺς ἂν ἀπώλεσεν, εἰ μὴ καὶ τοὺς ὑπάρχους, καὶ τὸν κάλλιστον, καὶ τὴν καισωνίαν προσδιαβαλὼν ἠπιστήθη. καὶ ὁ μὲν ἀπέθανεν, τῷ δὲ γαΐῳ τὸν ὄλεθρον αὐτὸ τοῦτο παρεσκεύασεν. ἰδίᾳ γὰρ τοὺς ὑπάρχους τε καὶ τὸν κάλλιστον προσκαλεσάμενος· εἷς εἰμὶ, ἔφη, τρεῖς δὲ ὑμεῖς, καὶ γυμνὸς μὲν ἐγὼ, ὡπλισμένοι δὲ ὑμεῖς. εἰ οὖν μισεῖτέ με, καὶ ἀποκτεῖναι θέλετε, φονεύσατε.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ἐξ ἐκεί

Is quoq; pons multis cauſa mortis extitit. Nam pecunia in eum inſumpta innumerabili, longè pluribus propter diuitias eſt inſidiatus. Itaque Iunio Priſco prętore alijs quidē criminibus accuſato, ſed pro diuite interfecto: Caius ubi didicit, nihil eum morte dignū poſsidere: Decepit me, inquit, fruſtraq; perijt, cum uiuere potuiſſet. Domitius uerò Afer periculo proximus, mirabiliter euaſit. Nam cum Caius in curia longam contra eum orationem recitaret (omnes enim oratores ſe uincere putabat, & Domitium uirum eloquētiſs. ſuperare conabatur) neq; quicquam contrà dixit, neq; ſe defendit, ſed eloquentiam hominis ſe mirari, eaq; obſtupeſcere ſimulans, orabat & ſupplicabat, ſeq; oratorē magis timere q̃ Cęſarem profitebatur. Quibus rebus ille delectatus, & Domitiū à ſe dicendi ui ſuperatum credens, iraſci deſijt. Deinde in Galliam ad motus Celtarū ſupprimendos profectus, hoſtibus quidē nihil nocuit, ſed ſubditos & ſocios & ciues plurimùm afflixit. & cum aliquādo in luſu aleæ ſibi deeſſe pecuniā ſenſiſſet, Gallorum deſcriptiones poſtulauit, ac ditiſsimis interfici iuſsis, ad colluſores reuerſus: Vt uos, inquit, de paucis drachmis laboratis: Ego uerò interea centies quinquagies millies mille coegi. Adeò temerè faciebat omnia, & Lepidum illum, amatorem, amaſium, Druſillæ maritum, quem ſummis affecit honoribus, quem ſe imperij ſucceſſorem relicturū ꝑmiſit, interfecit: & ſorores ſuas: ut ab illo corruptas, in Pōtias inſulas relegauit, & alia huiuſmodi fecit. Deinde Paulina, cum eum ſatietas mulieris cæpiſſet, per cauſam ſterilitatis eiecta, Milonīā Cæſoniam duxit: quam prius ſtupro cognitam, tum uerò quia uterū ferebat uxorem habere uoluit, ut ſibi puer XXX dierū naſceretur. Romani igitur tum his rebus, tum crebris ob amicitiā cum ſororibus eius & interfectis accuſationibus turbati, ſæuitiā eius & libidines auctū iri expectabant, ſi diutius imperaret. Quibus ſic affectis, ille Ptolemæum Iubę filiū accerſitū, ut diuitē interfecit. In hac uitę ratione fieri nō poterat, quin appeteret inſidijs, eaſq; deprehēdit: Nicium Cerealē, & filiū eius S. Papiniū, cōprehēſos torſit. Cū nihil efficeretur Papinius, ſalute & impunitate ꝑmiſſa ei perſuaſit, ut aliquos ſeu uerè ſeu falſo nominaret. eūq; ſtatim, & cæteros in cōſpectu eius interfecit. & cuiuſdā occidēdi, patrē cędi filij intereſſe cogit: qui cū rogaret, an oculos claudere liceret: ipſum quoq; mactari iuſsit. Is uerò in periculo conſtitutus, ſe ex inſidiatorib. unū eſſe ſimulauit, & cæteros omnes indicaturum pollicitus, amicos Caij miniſtroſq; libidinum eius & ſæuitię nominauit. ac multis exitio fuiſſet, niſi & præfectos, & Calliſtū & Cæſonīā quoq; criminato h des abrogata eſſet. Ac is quidē perijt, ſed illud ipſum factū Caio quoq; pernitiē attulit. Nam præfectis & Calliſto ſeorſim accerſitis: Vnus, inquit, ego ſum, uos tres eſtis: ego nudus, uos armati. Quòd ſi me odiſtis, & occidere uultis, occidite.

Iunij Priſci cædes.

Domitius Afer tyranni ſæuitiam eludit.

Decies quinquies millies mille aurei ad luſum aleæ.

Lepidi cædes.

Cæſonia.

Inſidiatorū cædes.

Abeo

Ab eo tẽpore ſe inuiſum illis facta ſua ægrè ferentibus eſſe ratus, gladiũ etiam in urbe geſtauit: & homines ſuſpectos inter ſe commiſit, ne conſentirent, cum unoquoq; tanq̃ fidiſsimo de cæteris colloquens, donec eius conſilio perſpecto, cum inſidiatoribus condonarũt. Cum ſenatores ob quoſdã non condemnatos in metu eſſent: *Protogenis gladius & pugio.* Protogenes quidam, ſæuiſsimorum Caij mandatorũ miniſter, duos circumferre libellos ſolitus, quorũ alterum enſem, alterũ pugionem uocabat, curiam ingreſſus: cum omnes ei dexteras porrigerẽt ſcilicet, toruo uultu Scribonium Proclum intuitus: Et tu me, inquit, ſalutare audes, Imperatori tam infenſus? Quo cæteri audito, ſenatorem illum diſcerpſerunt. Ea re delectatus Caius, ſe recõciliatum eſſe ſenatui dixit. *Caius in omnes mutatur deos.* Omnibus ei aſſentantibus, & alijs Heroẽ, alijs Deũ appellantibus, in magnã incidit inſaniam. Nam prius etiam humana conditione maior haberi uolebat, & ſe Iouem eſſe, & cum Luna rem habere iactabat, eaq; de cauſa potiſsimùm ſe cõſuetudine ſororum uti profitebatur, & deorum dearumq; omniũ perſonas agebat. Fiebat Iuno, Diana, Venus, & pro nominũ mutatione habitũ quoq; mutabat. Proinde aliàs effœminatus cernebatur, craterẽ & thyrſum geſtans: aliàs uirilis, claua & leonina pelle ornatus: aliàs imberbis, aliàs barbatus, & tridentẽ ſuſtinebat, & fulmen uibrabat, & uirginem uenatricẽ referebat. atq; iterum muliebrem habitum omnibus aſciticijs & appoſiticijs rebus exquiſitè repræſentabat, ac quiduis potius q̃ homo imperator uideri malebat. *Galli sutoris libertas* Cum igitur aliquando Iouis habitu in ſublimi ſella ius diceret: Gallus quidam eo uiſo riſit. & à Caio rogatus, Quis ei eſſe uide» retur? reſpondit, magnum delyramentũ, nihil graue paſſus. Nã cùm ſutor eſſet, negligebatur. Salutauit paucos. cæteris, etiã ſenatoribus, manum aut pedem porrexit adorandũ. *L. Vitellij prudens simulatio.* Cum omnes ei adularentur, aliquãdo ad L. Vitellium, uirum nobilem & cordatum, dixit, ſe cum Luna rem habere: eumq; rogauit, an deæ congreſſum uidiſſet? Is uerò humũ intuens inſtar admirantis, exigua & tremula uoce: Vobis, inquit, diuis duntaxat domine, inuicẽ intueri fas eſt. In eam porrò inſaniam Caius uenit, ut ab Aſianis Mileti templum ſibi iuberet extrui. Sunt & Romæ duo ei templa condita: quorum alterum ipſe in palatio ſibi extruxit, alterum à ſenatu ei & decretum eſt, & ædificatum. *Caij noui illustris Iouis templum.* Cum Ioue expoſtulabat, quòd Capitoliũ præoccupaſſet. Imagines ſuas quouis terrarum miſſas adorari iuſſit. Templũ Hieroſolymitanũ in ſuã ędem commutauit, ut Caij noui illuſtris Iouis appellaret: *Caius Salmoneum imitatur.* quãuis hoc Ioſephus in ſuis Antiquitatib. diſsimularit. eaq; res Iudaicæ defectionis initiũ fuit. *Cassius Chærea & Cornelius Sabinus Caium tollunt.* Sacerdotes ſibi multos legit, & ipſe ſibi immolauit. Machinis quibuſdã tonitrib: tonitrua, fulgurib. fulgura regeſsit. cõtra fulmina lapides eſt eiaculatus, illud Homericũ ſubinde uſurpãs: Tollito me, uel ego te. Sub hoc Cęſare Pilatus, ut Euſebius ex Olympiadũ ſcriptorib. refert, in tantas calamitates incidit, ut diuina uindicta urgente, manus

δὲ ἐκείνου ἦν μισεῖσθαι νομίζων, καὶ ἄχθεσθαι τοῖς πεπραγμένοις ἐκείνοις, ὑπώπτευε σφᾶς, καὶ ξίφος ἐν τῇ πόλει περιεζώννυτο, καὶ συνέβαλλεν αὐτοὺς ἀλλήλοις, ὅπως μὴ συμφρονῶσι, κατὰ μόνας ἑκάστῳ ὡς πιστοτάτῳ διαλεγόμενος περὶ τῶν λοιπῶν, μέχρις ἂν συνεγνωκότες τὸ ἐπιχείρημα, προσέκειντο αὐτῷ τοῖς ἐπιβεβουλευκόσι. τῶν δὲ βουλευτῶν ὅτι μὴ κατεψηφίσαντό τινων, περιφόβων ὄντων, Πρωτογένης τις πρὸς τὰ χαλεπώτατα τῷ Γαΐῳ ὑπουργῶν, ἀεὶ καὶ βιβλία δύο περιφέρων, ὧν τὸ μὲν ξίφος, τὸ δὲ ἐγχειρίδιον ὠνόμαζεν, ἐσῆλθεν εἰς τὸ συνέδριον, καὶ πάντων δεξιουμένων αὐτὸν, ὡς εἰκὸς, δριμύ τι προσέβλεψεν ἐς Σκριβώνιον Πρόκλον, εἰπὼν, καὶ σύ με ἀσπάζῃ, μισῶν οὕτω τὸν αὐτοκράτορα; ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ παρόντες, περιέσχον τὸν συμβουλευτὴν, καὶ διεσπάσαντο. ἐφ᾽ ᾧ ἡσθεὶς ὁ Γάιος, καὶ ἔφη καταλλαγῆναι αὐτοῖς. ἐπαινούντων δὲ αὐτὸν, καὶ τῶν μὲν ἥρωα, τῶν δὲ θεὸν ἀποκαλούντων, δεινῶς ἐξεφρόνησεν. ἠξίου μὲν γὰρ καὶ πρότερον ὑπὲρ ἄνθρωπον νομίζεσθαι, καὶ τῇ σελήνῃ συγγίνεσθαι, καὶ Ζεὺς εἶναι ἐπλάττετο, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα ταῖς ἀδελφαῖς προφασίζετο μίγνυσθαι, καὶ πάντας θεὰς ὑπεκρίνετο, καὶ τὰς θηλείας αὐτῶν. καὶ Ἥρα, καὶ Ἄρτεμις, καὶ Ἀφροδίτη ἐγίνετο, καὶ πρὸς τὴν τῶν ὀνομάτων μετάθεσιν καὶ πᾶν τὸ σχῆμα μετέβαλλεν, ὥστε ποτὲ μὲν θηλυδρίαν ὁρᾶσθαι αὐτὸν, καὶ κρατῆρα καὶ θύρσον φέρειν, ποτὲ δὲ ἀρρενωπὸν, καὶ ῥόπαλον καὶ λεοντῆν ἠμφιεσμένον· καὶ αὖθις λειογένειον, ἢ πωγωνίαν δὲ αὖ ἐνίοτε, τρίαιναν αὖ τε ἐκράτει, καὶ αὖθις ἐκεραύνου. παρθένῳ τε κυνηγετικῇ ὡμοιοῦτο, καὶ ἐγυναίκιζεν αὖθις, καὶ τῇ στολῇ καὶ ταῖς προσθέτοις καὶ περιθέτοις ἀκριβῶς ἐπεσκευάζετο, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ ἄνθρωπος δοκεῖν αὐτοκράτωρ ἐβούλετο. καί ποτε ἰδών τις αὐτὸν ἀνὴρ Γαλάτης ἐπὶ δίφρου ὑψηλοῦ ἐν εἴδει Διὸς χρηματίζοντα, ἐγέλασε. μαθὼν οὖν τοῦτο, ἐκάλεσεν αὐτὸν καὶ ἤρετο, τί σοι δοκῶ εἶναι; κἀκεῖνος, μέγα παραλήρημα ἔφη, καὶ οὐδὲν ἔπαθε δεινόν. παρελογίσθη γὰρ σκυτοτόμος ὤν. ἠσπάζετό τε βραχεῖς, τοῖς δὲ ἄλλοις καὶ τῶν βουλευτῶν ἢ τὴν χεῖρα ἢ τὸν πόδα ὤρεγε προσκυνεῖν. πάντες δὲ αὐτὸν ἐκολάκευον. καί ποτε τὸν Λούκιον Οὐιτέλλιον ἄνδρα εὐγενῆ καὶ φρονήσεως εὖ ἔχοντα ἤρετο, τῇ σελήνῃ μίγνυσθαι λέγων, εἰ ὁρῴη τὴν θεὸν συνοῦσαν αὐτῷ. ὁ δὲ κάτω βλέπων, οἷα δὴ τεθηπὼς, καὶ βραχύ τι φθεγξάμενος καὶ ὑπότρομον, ὑμῖν, ἔφη, τοῖς θεοῖς, δέσποτα, μόνοις ἀλλήλους ὁρᾶν ἔξεστιν. οὕτω δὲ ἐξεμάνη ὁ Γάιος, ὡς καὶ τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ τέμενος ἑαυτῷ ἀνεγεῖραι κελεῦσαι κατὰ τὴν Μίλητον, καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ δύο ναοὶ αὐτῷ ἱδρύθησαν· τὸν μὲν γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ ἐν τῷ παλατίῳ ἐποιήσατο, ὁ δὲ ὑπὸ τῆς βουλῆς αὐτῷ ἐψηφίσθη καὶ ἱδρύθη. ἐπεγκάλει δὲ καὶ τῷ Διὶ, ὅτι τὸ Καπιτώλιον προκατέλαβε, καὶ ἀγάλματα δὲ ἑαυτοῦ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀποστέλλων, προσκυνεῖσθαι ταῦτα ἐκέλευσε. τὸν δὲ ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸν εἰς οἰκεῖον ἱερὸν μεθαρμόζειν, ἵνα Διὸς ἐπιφανοῦς νέου χρηματίζῃ Γαΐου, ὃ καὶ ὁ Ἰώσηπος ἐν τῇ ἀρχαιολογίᾳ παρεσιώπησεν. ὅθεν καὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων ἀποστασία ἔσχε τὴν ἀρχήν. ἱερέας τε πολλοὺς ἑαυτῷ κατεστήσατο, καὶ αὐτὸς δὲ ἑαυτῷ ἱερᾶτο. ταῖς τε βρονταῖς ἐκ μηχανῆς ἀντεβρόντα, καὶ ἀντήστραπτε ταῖς ἀστραπαῖς, καὶ ὁπότε κατασκήψειε κεραυνὸς, λίθον ἀντηκόντιζεν, ἐπιλέγων ἐφ᾽ ἑκάστῳ τὸ τοῦ Ὁμήρου, ἤ μ᾽ ἀνάειρ᾽ ἢ ἐγὼ σέ. ἐπὶ τούτου ὁ Εὐσέβιος ἱστορεῖ, ἐκ τῶν τὰς Ὀλυμπιάδας ἀναγραψάντων αὐτῶν ἀναλεξάμενος ταῦτα λέγων, ὡς τοσαύταις περιέπεσε συμφοραῖς ὁ Πιλᾶτος, ὥστε ἀναγκασθῆναι ἑαυτοῦ γενέσθαι αὐτόχειρ,

περὶ Πρωτογένους καὶ τῶν αὐτοῦ βιβλίων.
οἵαν ἐμαίνετο μανίαν ὁ Γάιος.
περὶ δὲ τοῦ Γαλάτου ἐλευθερίας καὶ παρρησίας.
ὅτι αὐτοῖς ὁ Λούκιος συνετῶς παρεκρούσατο.
ὅτι ἀναξίως ὁ Γάιος ναὸν αὐτῷ ἀνεγερθῆναι ἐκέλευσε, καὶ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸν οἰκεῖον ἐποίησε.
περὶ τοῦ Πιλάτου.

τὰς θέας διεξομιλοῦσαν αὐτόν. ὡς οὖν πάντα τρόπον ἐξεμαίνετο (ἀπαριθμεῖν γὰρ τὸ καθ' ἕκαστον πολλῆς ἂν εἴη λέσχης καὶ ἀηδίας) ἐπεβούλευσαν αὐτῷ Κάσσιός τε Χαιρέας, καὶ Κορνήλιος Σαβῖνος. συνώμοσαν μὲν γὰρ πλείονες, καὶ συνῄδεσαν τὸ πραττόμενον καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ὄντες· καὶ ὅσοι δὲ οὐ συνώμοσαν, γνόντες οὔτ' ἐξέφηναν, καὶ ἄσμενοι εἶδον αὐτὸν ἐπιβουλευόμενον. ἐπιβουλεύεται δὲ θέαν ἐπιτελῶν. ὁ γὰρ Χαιρέας καὶ ὁ Σαβῖνος ἐπὶ τοῖς γινομένοις αἰσχροῖς ἀλγοῦντες, ὅμως ἐκαρτέρησαν ἐπὶ πέντε ἡμέρας. ὡς δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Γάιος καὶ ὀρχήσασθαι, καὶ τραγῳδίαν ἠθέλησεν ὑποκρίνασθαι, καὶ διὰ τοῦτο ἑτέρας τρεῖς ἡμέρας προήγγειλε, τηρήσαντες αὐτὸν ἐκ τοῦ θεάτρου ἐξερχόμενον, ἐν στενωπῷ τινι περιστάντες ἀπέκτειναν. καὶ πεσόντος, οὐδεὶς τῶν παρόντων ἀπέσχετο, ἀλλὰ καὶ νεκρὸν αὐτὸν κατετίτρωσκον. καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τὴν θυγατέρα αὐτίκα ἀπέσφαξαν. Γάιος μὲν δὴ ταῦτα ἐν τρισὶν ἔτεσι καὶ μησὶν ἐννέα καὶ ἡμέραις ὀκτὼ καὶ εἴκοσι πράξας, ἔργοις αὐτοῖς ὡς οὐκ ἦν θεὸς ἔγνωκεν. ὡς δὲ ὁ θάνατος αὐτοῦ διηγγέλθη, πλὴν ὀλίγων τῶν συναλγησάντων αὐτῷ, πάντες ἔχαιρον, μιμνημένοι καὶ τοῦ λεχθέντος ποτὲ ὑπ' αὐτοῦ, ὅτε ὀργισθεὶς τῷ δήμῳ, ἔφη, εἴθε ἕνα αὐχένα εἴχετε. καὶ ἀντιλέγοντες, ὅτι σὺ μὲν ἕνα ἔχεις αὐχένα, ἡμεῖς δὲ χεῖρας πολλάς. διαθεόντων δὲ τινῶν ὀλίγων καὶ θορυβούντων, βοώντων τε τίς Γάιον ἀπέσφαξεν; Οὐαλέριος Ἀσιατικὸς ἀνὴρ ὑπατευκώς, ἀνῆλθεν εἰς ἄποπτόν τι χωρίον, καὶ ἐκβοήσας, ἔφη, εἴθε ἐγὼ αὐτὸν ἦν ἀπεκτονώς. καὶ οὕτω καταπλαγέντες οἱ θορυβοῦντες, ἡσύχασαν.

ἐπιβουλὴ κατὰ γαΐου.

ἀναίρεσις γαΐου.

[illegible] καὶ παῤῥησία ἀνδρός.

Ἀνάῤῥησις Κλαυδίου καίσαρος.

Ἀλλ' οὕτω μὲν διέφθαρτο Γάιος. τῆς δὲ βουλῆς ἐν τῷ καπιτωλίῳ συναθροισθείσης, τοῖς μὲν δημοκρατεῖσθαι ἐδόκει, οἱ δὲ μοναρχεῖσθαι καὶ αὖθις ἐκεῖνον. καὶ τούτων οἱ μὲν τόνδε, οἱ δὲ τόνδε ᾑροῦντο. κἀν τούτῳ στρατιῶταί τινες εἰς τὸ παλάτιον, ἵνα τι διαρπάσωσιν, εἰσπηδήσαντες, εὗρον ἐν σκοτεινῇ γωνίᾳ κατακεκρυμμένον που τὸν Κλαύδιον (συνῆν γὰρ τῷ Γαΐῳ τοῦ θεάτρου ἐξερχομένῳ, καὶ τὴν ταραχὴν φοβηθεὶς κατεκρύβη) καὶ ἐξεῖλκον αὐτόν, μὴ εἰδότες ὅς τις ἦν. γνόντες δέ, αὐτοκράτορά τε προσηγόρευσαν, καὶ εἰς τὸ στρατόπεδον ἤγαγον, εἶτα μηδὲν ἐνδοιάσαντες ἅπαντες αὐτῷ τὸ κράτος δεδώκασιν, ὡς ἐκ γένους ὄντι βασιλικοῦ, καὶ νομιζομένῳ ἐπιεικεῖ. εἰ γὰρ καὶ ἀνεδύετο καὶ ἀντέλεγεν, ἀλλ' ὅσον ἐξίστατο καὶ ἀντέκειτο, τοσοῦτον μᾶλλον ἀντεφιλονείκουν οἱ στρατιῶται, μὴ παρ' ἑτέρων λαβεῖν αὐτοκράτορα, ἀλλ' αὐτοὶ δοῦναι πᾶσι. διὸ καὶ ἄκων, ὡς ἐδόκει, ὑπεῖκε. μαθόντες δὲ καὶ οἱ ὕπατοι καὶ οἱ βουλευταί, ἤδη προκατειλῆφθαι τὴν ἀρχήν, καὶ αὐτοὶ ὡμολόγησαν. καὶ οὕτω Τιβέριος Κλαύδιος Νέρων Γερμανικός, ὁ τοῦ Δρούσου τοῦ τῆς Λιβίας υἱοῦ παῖς, τῆς αὐτοκράτορος ἀρχῆς ἔτυχεν, ἄγων ἔτος πεντηκοστόν. ἐγένετο δὲ τὴν ψυχὴν οὐ φαῦλος, ἀλλὰ καὶ ἐν παιδείᾳ ἤσκητο, ὥς τι καὶ συγγράψαι πονε. τὸ δὲ σῶμα νοσώδης, πάνυ δὲ ἐγυναικοκρατεῖτο ἅμα καὶ ἐδουλοκρατεῖτο, ἅτε καὶ ἐκ παίδων ἐν τε νοσηλείᾳ καὶ ἐν φόβῳ πολλῷ τραφείς, καὶ αὐτὸ δὴ τὸ ἠλίθιον καὶ ἐπὶ πλεῖον τῆς ἀληθείας προσποιούμενος, καὶ ἦθος

οἷος ἦν τὰ ἤθη κλαύδιος.

manus ſibi afferre cogeretur. Poſtquam igitur omni furoris genere fuit percitus (nam enumerari ſingula ſine magnis nugis magnaq; moleſtia non queunt) inſidiati ei ſunt Caſſius Chærea, & Cornelius Sabinus. plures uerò in eum coniurarunt, & quid ageretur etiam familiares eius non ignorabāt: & qui nō coniurarāt, rem intellectam nec prodiderūt, & eum inſidijs appeti haud moleſtè tulerunt. Eſt autem, dum ſpectaculum ederet, appetitus. nam Chęrea & Sabinus, quamuis flagitia illa ægrè ferrent, tamen quinq; adhuc dies ſe continuerunt. Vt uerò ipſe Caius & ſaltare & tragœdiam agere uoluit, eaq; de cauſa alterum triduum denūciauit: obſeruarunt, dum theatro egrederetur, & in angiportu quodam circumuentum occiderūt. Cum cecidiſſet, nemo qui aderat ſibi temperauit, quo minus etiam mortuum conuulneraret. Etiam uxor eius & filia ſtatim ſunt occiſæ. Hæc cum tribus annis, menſibus nouem, & diebus octo egiſſet, re ipſa cognouit, ſe non eſſe Deum. Mors eius nunciata paucis luctum, omnibus lætitiam attulit, dicti eius recordantibus, quod aliquando iratus protulerat: Vtinam populus Romanus unam ceruicem haberet. Tum igitur populus Romanus dixit: At tu unam ceruicem habes, nos uerò manus multas. Paucis autem diſcurſantibus, & per tumultum uociferantibus, Quis Caium occidiſſet. Valerius Aſiaticus uir conſularis, tumulo conſcenſo exclamauit: Vtinam ego eum occidiſſem. Qua uoce illi perculſi, tumultuari deſtiterunt.

Imperium Claudij.

Caio interfecto, ſenatuq; in Capitolio coacto, dum alij popularem rempublicam, alij regium imperium laudant, & ex his alij alium præferunt: interea milites aliquot impetu in palatium facto, ut aliquid raperent, Claudium in obſcuro angulo latitantem repererunt. Nam cum Caio theatro exierat, tumultuq; territus ſe occultarat. Eum igitur protraxerunt, ignari quis eſſet: agnitum, Imperatorem ſalutarunt. In caſtra perducto citra ullam dubitationem omnes detulerunt imperiū, quòd & Cæſarei generis eſſet, & clemens haberetur. Etſi enim recuſabat & refragabatur: tamen quātum ille renitebatur, ſeq; opponebat, tātum milites contendebant, ne ab alijs imperatorem acciperent, ſed ipſi omnibus darent. Itaq; inuitus tandem, ut præ ſe ferebat, illis ceſsit. Conſules uerò & ſenatores ubi iam præoccupatum eſſe imperium didicerunt, ipſi quoq; renunciationi eius ſunt aſſenſi. Ita Tiberius Claudius Nero Germanicus, Liuię ex Druſo nepos, imperium eſt adeptus, anno ætatis quinquageſimo. Ingenio fuit non contemnendo, & diſciplinis ita eruditus, ut quædā conſcripſerit. Cæterum ualetudine parum firma, mulieribus & ſeruis parere ſolitus, ut iam inde à pueritia in morbis & magno metu educatus. Vnde ſimpliciorem & diſſo-

Claudius à militibus imperator ſalutatur.

Claudij ingenium, & mores.

qq

diſſolutioribus moribus ſe eſſe finxit, quàm re uera fuit, quod & ipſe in Senatu confeſſus eſt: uitaq́ longo tempore cum auia Liuia & Antonia matre ac libertis acta, nihil ingenuo dignũ præſe tulit. Sunt ei & mulieres & liberti in cõpotationibus & re Venerea inſidiati, quibus utriuſq́ ſatiari nõ poterat. Ad hæc timidus fuit. Quamuis autem (ut rem paucis complectar) talis eſſet: tamen multa opportunè fecit, quoties uitijs iſtis euitatis, ſui iuris fuit. In curiam non ſtatim, ſed trigeſimo die pòſt uenit, tum Caij interitu territus, tum quòd aliqui ipſo ad imperium aptiores à Senatu nominati erant. Cùm cæteris in rebus accuratè ſe cuſtodijt, tum omnes à quibus adiretur, excuti iuſsit, ne ſicas ferrent: et milites ad conuiuia ſecum adduxit. quod deinceps quoq́ factum. Sicarum uerò inquiſitio per Veſpaſianum ſublata eſt. Chæream & aliquot alios occidit, non ut Caij necem ulciſceretur, ſed ut ſecuritati ſuæ conſultum eſſet. Sabinus ultrò ſibi manus attulit, indignum ratus, ſi Chærea interfecto ſuperſtes eſſet. Caij ſorores Agrippinam & Iuliam reuocauit, bonis reſtitutis. Eodem modo cæteros quoq́ exules tractauit. Eos qui in carcere uincti erant, accuratè explorauit: per calumniam delatos, dimiſit, ſontes ſupplicio affecit. Venena, quorum magna copia in Caij ſcrinijs eſt reperta, & libellos Protogenis, quem etiam occidit, cremauit. Scripta, quæ Caius ſe cremaſſe affirmarat, reperta, Senatui oſtendit, legendaq́ tam ijs à quibus, quàm ijs contra quos ſcripta erant, exhibuit: poſtea exuſsit. Senatui Caium ignominia notaturo, reſtitit, quo minus id decretum fieret. Ipſe uerò noctu ſtatuas eius omnes ſuſtulit, & quę uel ab ipſo, uel ab alijs propter ipſum perperam acta erãt, aboleuit. Statuas decretas recuſauit, ſibiq́ ſacrificari aut effigiem ſuam adorari uetuit. Fecit & alia multa id genus moderatè, iudicio, nõ ſimulatione. Filiam certè quidem unam L. Iunio Sillano, alteram Cn. Pompeio Magno deſpondit, nullo immodico apparatu. nam & ipſe diebus illis ius dixit, & Senatus conuenit: Pręterea cum Coſs. in curia conſurrexiſſent, ut eum alloquerentur, aſſurrexit & ipſe, & uiciſsim eis obuiam iuit. Priuato & græco more plerunq́ cum ſuis uixit. In pecunia mirabilem ſe prębuit. Vetuit enim offerri ſibi argentũ, quod & ſub Auguſto fiebat. Vetuit, ne ab ullo qui cognatos haberet, hæres inſtitueretur. Bona quæ ſub Tiberio & Caio publicata fuerant, aut ipſis poſſeſſoribus, ſi ſuperſtites erant, aut eorũ liberis reddidit. Multis principatus & prouincias à Caio ereptas reſtituit: & hoc genus alia fecit, ob quæ laudatus eſt. Verùm ab eius libertis & uxore Valeria Meſſalina alia acta ſunt, his minimè conſentanea. Cum ingenti annonæ penuria laboraretur, non illi duntaxat tempori, ſed in futurum etiam proſpexit. Nam cum

Chæreæ et Sabini interitus.

Clementia et æquitas initio principatus.

Claudius alienus ab auaritia.

ἦθος χαυνότερα, ὅπερ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ βουλῇ ὡμολόγησε. καὶ πολὺν μὲν χρόνον τῇ τηθῇ Λιβίᾳ, πολὺν δὲ τῇ μητρὶ Ἀντωνίᾳ, τοῖς τ' ἀπελευθέροις συνδιαιτηθεὶς, οὐδὲν ἐλευθεροπρεπὲς ἐπιδέδεικτο. ἀπετίθεντο δὲ αὐτῷ αἵ γυναῖκές τε καὶ οἱ ἀπελεύθεροι ἐν ταῖς μέθαις, καὶ ἐν τοῖς πότοις. πάνυ γὰρ ἀπλήστως ἀμφοτέροις προσέκειτο, πρὸς δὲ καὶ δειλίαν εἶχε. τοιοῦτος δὲ πεφυκὼς (ὡς συνελόντι εἰπεῖν) ὅμως οὐκ ὀλίγα καὶ δεόντως ἔπραττεν, ὁσάκις τῶν εἰρημένων παθῶν ἔξω ἐγίνετο, καὶ ἑαυτοῦ ἐκράτει. οὐκ εὐθὺς μέντοι ἐς τὴν βουλὴν εἰσῆλθεν, ἀλλὰ μετὰ τριακοστὴν ἡμέραν, διά τε τὸν Γάιον οὕτως ἀπολωλότα δεδιὼς, καὶ ὅτι τινὲς ἑαυτοῦ βελτίους ἐς τὴν ἀρχὴν παρὰ τῆς βουλῆς ὠνομάσθησαν. ἀλλ' ἅτε τὰ ἄλλα ἀκριβῶς ἐφυλάσσετο, καὶ πάντας τοὺς αὐτῷ προσιόντας ἐρευνᾶσθαι ἐποίει, μή τι ξιφίδιον ἔχωσι, καὶ ἐν τοῖς συμποσίοις στρατιώτας εἶχεν αὐτῷ συνόντας. ὃ καὶ μετὰ ταῦτα ἐγίνετο. ἡ δὲ τῶν ξιφιδίων ἔρευνα διὰ Οὐεσπασιανοῦ ἐπαύσατο. τὸν μὲν οὖν Χαιρέαν, καί τινας ἄλλους ἀπέκτεινεν, οὐ διὰ τὸν Γάιον, ἀλλ' ἑαυτῷ ἀσφάλειαν προμηθούμενος. καὶ ὁ Σαβῖνος δὲ ἑκὼν ἀπέθανε, μὴ ἀξιώσας κολασθέντος τοῦ Χαιρέου αὐτὸς περιεῖναι. τὰς δὲ τοῦ Γαΐου ἀδελφὰς τήν τε Ἀγριππῖναν καὶ τὴν Ἰουλίαν κατηγαγὼν ἐκ τῆς ὑπερορίας, καὶ τὰς οὐσίας αὐταῖς ἀπέδωκε, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐπταικότας ὁμοίως κατήγαγε. καὶ τοὺς ἐν ἑρκταῖς δεδεμένους ἀκριβῶς ἐξετάσας, τοὺς μὲν συκοφαντουμένους ἀφῆκε, τοὺς δὲ κακουργήσαντάς τι ἐκόλασε. καὶ τὰ φάρμακα, ἃ πολλὰ ἐν τοῖς τοῦ Γαΐου εὑρέθη, καὶ τὰ βιβλία τοῦ Πρωτογένους, ὃν καὶ ἀπέκτεινεν, ἔκαυσε. τά τε γράμματα ἃ ἔλεγε μὲν κατακαῦσαι ὁ Γάιος, εὑρέθησαν δὲ ὄντα, τῇ βουλῇ ταῦτά τε ἐπέδειξε, καὶ ἔδωκεν ἀναγνῶναι τοῖς τε γράψασιν αὐτὰ, καὶ τοῖς καθ' ὧν ἐγέγραπτο, καὶ μετὰ ταῦτα κατέφλεξε. τῆς τε γερουσίας ἀτιμάσαι βουληθείσης τὸν Γάιον, ψηφισθῆναι μὲν τοῦτο αὐτὸς ἐκώλυσε. νυκτὸς δὲ τὰς εἰκόνας αὐτοῦ πάσας ἠφάνισε, καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Γαΐου καὶ ὑφ' ἑτέρων δι' ἐκεῖνον οὐκ ὀρθῶς γεγονότα αὐτὸς ἔλυσεν. ἀνδριάντας δὲ αὐτῷ ψηφισθέντας, παρῃτήσατο. καὶ θύειν ἢ προσκυνεῖν ἐν ἀγάλμασιν αὐτῷ ἀπηγόρευσε. καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα πολλὰ ἐποίει μετρίως φρονῶν, καὶ κρίσει ταῦτα πράττων, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ προσποιήσεως. τὰς γοῦν θυγατέρας κατηγγύησε, τὴν μὲν Λουκίῳ Ἰουνίῳ Σιλανῷ, τὴν δὲ Γναίῳ Πομπηΐῳ Μάγνῳ, καὶ οὐδὲν ὑπέρογκον ἔπραξεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐδίκασε, καὶ ἡ βουλὴ ἠθροίσθη. ταῦτά τε οὖν ἁπλῶς ἔπραξε. καὶ τῶν ὑπάτων ἐν τῷ συνεδρίῳ καταβάντων ἐκ τῶν δίφρων, ἵνα διαλεχθῶσιν αὐτῷ, προεξανίστατό τε καὶ αὐτὸς προσῄει σφίσιν, ἰδιωτικῶς τε ἔζη ὡς τὰ πολλὰ, καὶ ἑλληνικῶς αὐτός τε καὶ οἱ περὶ αὐτὸν διῃτῶντο. περὶ τὰ χρήματα δὲ θαυμαστὸς ἐγένετο· ἀπηγόρευσε γὰρ ἀργύριον αὐτῷ προσφέρεσθαι, ὃ καὶ ἐπὶ τοῦ Αὐγούστου ἐγίνετο, ἀπεῖπε δὲ μηδὲ κληρονόμον παρά τινος συγγενεῖς ἔχοντος καταλιμπάνεσθαι. καὶ τῶν δημευθέντων ἐπί τε τοῦ Τιβερίου καὶ τοῦ Γαΐου, τὰ μὲν αὐτοῖς ἔτι περιοῦσι, τὰ δὲ τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἀπέδωκε. καὶ πολλοῖς, παρὰ τοῦ Γαΐου τὰς σφετέρας ἀρχὰς καὶ χώρας ἀφαιρεθεῖσιν, αὐτὸς αὖθις ἐπανεσώσατο. καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἔργα εἰργάσατο, δι' ἃ ἐπῃνεῖτο. ὑπὸ δὲ τῶν ἐξελευθέρων αὐτοῦ καὶ τῆς γυναικὸς Βαλερίας Μεσσαλίνης ἕτερα ἐπράχθη οὐχ ὁμοιότροπα. λιμοῦ μέν τοι ἰσχυροῦ, οὐ μόνον τῆς τότε ἀφθονίας ἐφρόντισεν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀεί ποτε,

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ἐπισάκτῳ γὰρ πάντως χρώμενοι τοῦ σίτου τοῖς ῥωμαίοις ὄντος, ἡ χώρα ἡ πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ τιβέριδος, οὔτε κατάρσεις ἀσφαλεῖς, οὔτε λιμένας ἐπιτηδείους ἔχουσα, ἀνωφελὲς σφίσι τὸ κράτος τῆς θαλάσσης ἐποίει. ἔξω γὰρ κατὰ τὴν χειμερινὴν ὥραν ἐδύνατο ἐσφοιτᾶν. τοῦτ᾽ οὖν συνιδὼν, λιμένας τε κατεσκεύασε, καὶ ἐπί τι ἄλλο πρᾶγμα καὶ τοῦ φρονήματος καὶ τοῦ μεγέθους τῆς ῥώμης ἄξιον· ἐν πᾶσι δὲ μετριάζων, οὔτε γεννηθέντος αὐτῷ υἱοῦ (ὃς τότε μὲν κλαύδιος τιβέριος γερμανικὸς, ὕστερον δὲ καὶ βρεττανικὸς ἐπωνομάσθη) ἄλλο τι ἐπιφανὲς ἔπραξεν, οὔτ᾽ αὔγουστον αὐτὸν, ἢ τὴν μεσσαλίναν αὐγοῦσταν ἐπικληθῆναι ἐφῆκε. συνεχῶς δὲ μονομαχίας ἀγῶνας ἐτίθει, πάνυ χαίρων αὐτοῖς, καὶ δι᾽ αὐτοὺς πολλοὶ ἀπώλλυντο ἄνθρωποι, ἐπ᾽ αἰτίαις τισὶ καταψηφισθέντες. ἐθισθεὶς οὖν οὕτως αἵματος καὶ φόνου κατεπίμπλασθαι, προπετέστερον καὶ ταῖς ἄλλαις σφαγαῖς ἐχρῆτο. αἴτιοι δὲ τούτου, οἵ τε καισάρειοι καὶ ἡ μεσσαλίνα ἐγένοντο. εἰ γὰρ ἀποκτεῖναί τινα ἐθελήσειαν, ἐξεφόβουν αὐτὸν, καὶ πάνθ᾽ ὅσα ἐβούλοντο ποιεῖν ἐπετρέποντο. καὶ πολλάκις ἐξαπιναίως ἐκπλαγεὶς, καὶ δείσας τινὰ ἐκ τοῦ παραχρῆμα φονεύεσθαι ἐκέλευε, κἄπειτα αὐτὸς ἀναφρονήσας, μαθὼν τὸ γεγονὸς, ἐλυπεῖτο καὶ μετεγίνωσκε. τοιαῦτα δὲ ποιοῦντος αὐτοῦ, οὐκέτι χρηστὴν ἐλπίδα ἐπὶ κλαυδίῳ οἱ ῥωμαῖοι ἐσχήκεσαν. διὸ καὶ ἐπιβουλεύθη ὑφ᾽ ἑτέρων τε, καὶ ὑπ᾽ ἀννίου βινικιανοῦ, ὃς πρὸς φούριον κάμιλλον σκριβωνιανὸν τῆς δαλματίας ἄρχοντα ἔπεμψε, καὶ ἀπέστησεν αὐτὸν ἐπαναστῆναι. τῶν δὲ στρατιωτῶν μὴ πεισθέντων αὐτῷ, αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινεν ἑαυτόν· κλαύδιος δὲ καίτοι πάνυ καταδείσας, ὥστε ἑτοίμως ἔχειν ἐκστῆναι αὐτῷ τοῦ κράτους ἐθελοντὴς, ὅμως τὸν θάνατον αὐτοῦ μαθὼν, ἀνεθάρσησε· καὶ τοὺς μὲν στρατιώτας ἄλλοις τέ τισι, καὶ χρήμασιν ἠμείψατο, τοὺς δὲ συνεπιβουλεύσαντας ἀνεζήτησε, καὶ πλείστους ἐκόλασε. συχνοὶ δὲ ἄλλοι τε καὶ ὁ βινικιανὸς διεχρήσαντο ἑαυτούς. ἡ γὰρ μεσσαλίνα, καὶ ὁ τοῦ κλαυδίου ἀπελεύθερος νάρκισσος, οἵ τε συναπελεύθεροι αὐτοῦ, τῆς ἀφορμῆς ταύτης λαβόμενοι, οὐδενὸς τῶν δεινοτάτων ἀπείχοντο. ἄνδρες τε οὖν πολλοὶ καὶ γυναῖκες ἐκολάσθησαν, τινὲς δὲ καὶ τῶν πάνυ ὑπαιτίων ἐσώθησαν, οἱ μὲν χρήμασιν, οἱ δέ γε καὶ χάρισι. γαλαῖσος δέ τις ἀπελεύθερος τοῦ καμίλλου, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ τοῦ ναρκίσσου προελθόντος ἐς τὸ μέσον, καὶ εἰπόντος αὐτῷ, τί ἂν ἐποίησας γαλαῖσε, εἰ κάμιλλος ἐμονάρχησεν; ἀπεκρίνατο, ὅτι ὄπισθεν ἂν ἑστὼς αὐτοῦ, ἐσιώπων. ἀρρία δὲ γυνὴ καικίνου ὑπάτου οὖσα, ἣ καὶ τῇ μεσσαλίνῃ σφόδρα ᾠκείωτο, οὐκ ἠνέσχετο ζῆν τοῦ ἀνδρὸς θανόντος, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄνδρα ἀποδειλιῶντα ἐπέρρωσε. τὸ γὰρ ξίφος λαβοῦσα ἑαυτὴν ἔπληξε, κἀκείνῳ ἐπέδωκεν, εἰποῦσα· ἰδοὺ παῖτε, οὐκ ἀλγῶ. καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τούτοις ἐπῃνοῦντο· κλαύδιος δὲ οὕτως πρὸς τὰς κολάσεις ἔσχεν, ὥστε καὶ σύνθημα τοῖς στρατιώταις τὸ ἔπος τοῦτο συνεχῶς διδόναι. —— χρὴ

ἄνδρ᾽ ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.

ἡ δὲ μεσσαλίνα καὶ οἱ ἀπελεύθεροι αὐτοῦ οὕτως τὴν πολιτείαν, καὶ τὰς στρατείας καὶ τὰς ἐπιτροπείας, τάς τε ἡγεμονίας καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐπώλουν καὶ ἐκαπήλευον, ὥστε σπανίσαι πάντα τὰ ὤνια, κἀκ τούτου βιασθῆναι τὸν κλαύδιον, ἐπὶ βήματος τὰς τιμὰς αὐτῶν διατάξαι. αὖλος δὲ πλαύτιος ἐς τὴν βρεττανίαν στρατεύσαντος, καὶ τὰ μὲν παθόντος, τὰ δὲ δράσαντος,

[illegible]

cum Romani frumento fere tantum aliunde importato utantur, regio quæ ad hoſtia Tiberis eſt, eiuſmodi, ut neque tutò appelli poſsit, neque portus commodos haberet, efficiebat, ut eis maris imperium parum prodeſſet. Hyberno enim tempore nihil importari poterat. Ea re conſiderata, portus ædificauit: opusque perfecit magnitudine & animi & imperij Romani dignum. Ac modeſtius in rebus omnibus, nato ſibi filio, qui tum Claudius Tiberius Germanicus, poſt etiam Britannicus eſt cognominatus, nec ullo alio ſplendore uſus eſt: nec eum Auguſtum, aut Meſſalinam Auguſtam appellari ſiuit. Ludis gladiatorijs impenſe delectabatur: quos cum crebrò ederet, multi mortales uarijs criminibus condemnati peribant. Ad hunc modum ſanguini & cædibus aſſuefactus, facilius etiam ad alios occidendos eſt impulſus. In cauſa autem fuerunt Cæſarei & Meſſalina: qui ſi quem ſublatum uolebant, terrore ei incuſſo poteſtatem accipiebant faciendi quod uellent. Sæpè ex improuiſo conſternatus, cum in ſubito terrore aliquos occidi iuſsiſſet: poſtea ſibi redditus, & ſanitate mentis recuperata, facti pœnitens doluit. Quæ cum faceret, Romanique ſpem de eo parum bonam haberent: cùm ab alijs, tum ab Annio Viniciano inſidiæ ei comparatæ ſunt: qui Furio Camillo Scriboniano Dalmatiæ præfecto autor defectionis fuit. Sed is cùm milites dicto audientes non haberet, ſeipſum interfecit: Claudius uerò quanquam ita territus, ut ultrò illi cedere imperio in animo haberet: illius interitu cognito, recepit animum, & milites tum alijs rebus, tum pecunia remuneratus, inſidiatores que plurimos indagatos ſupplicijs affecit. Vinicianus & alij complures ipſi manus ſibi attulerũt. Nam Meſſalina & Narciſſus, unà cum alijs eius libertis, eam nacti occaſionem, nullo ſummæ crudelitatis genere abſtinuerunt. Itaque et uiri & mulieres multi cæſi, quidam etiam ex nocentiſsimis uel pecunia uel gratia abſoluti. Galæſus uerò Camilli libertus à Narciſſo in curia rogatus, quid facturus fuiſſet, ſi Camillus factus eſſet imperator: reſpondit, ſe tacitum à tergo eius ſtaturum fuiſſe. Arria Cæcinnæ conſulis uxor, Meſſalinæ admodum familiaris, marito ſuperſtes eſſe recuſauit, cumque mortem reformidantem cõfirmauit, eodem gladio quo ſe ipſam percuſſerat illi porrecto, dixitque: Ecce feri, ego non doleo. Ob quod factum hi laudati ſunt. Claudius uerò ad ſupplicia tã propenſus euaſit, ut militibus iſtum uerſum ſubinde pro teſſera daret:

Pœna luenda uiro, ſi quis prior intulit arma.

Porrò Meſſalina & liberti eius, ita rempub. expeditiones, præfecturas, magiſtratus cæteraque omnia uendebant & auctionabantur, ut in omnium rerum uenaliũ penuria Claudius ipſe pro tribunali precia cõſtituere cogeret. Cum Aulus Plancius cum exercitu in Britanniam profectus, clades alias accepiſſet, alias intuliſſet, ac

Portus Hoſtienſis.

Claudius ſpectaculis gladiatorũ fit ad cædes propenſior.

Annij Viniciani & F. Camilli Scriboniani, contra Claudium coniuratio.

Galæſus.

Arria.

Britannia domita.

ſtatum rerum Claudio ſignificaſſet: Lucio Vitellio collegę in cõſulatu ſuo, ſumma rerũ mandata, per Oceanum cum maiorib. copijs, & elephantis in inſulã uectus, cum cęteris legionib. Barbaros aggreſſus eſt: iiſq́ uictis, regiaq́ illorum capta, Romã redijt, Magno & Sillano generis uictoriæ nũcijs præmiſsis. Qua cognita, Senatus & ipſi & filio eius Britannici cognomentũ, et alios multos honores decreuit. Meſſalina ſaltatorẽ quendã Mneſterẽ nomine, cuius amore capta erat, cum nec pollicitationib. nec minis ad concubitũ perpellere potuiſſet, curauit ut is á Claudio ipſi parére in omnib. iuberet, quaſi ad alias res eius opera uſura eſſet. Sic ille cum ea rem habuit, quaſi id quoq́ ab imperatore iuſſus eſſet. Idem cum alijs quoq́ multis auſa, adulteris ſui copiã fecit, quaſi cõſcio marito, & ad laſciuiã ipſius cõniuente. Viniciũ uero ob ſtuprũ recuſatũ ueneno ſuſtulit. Eam illius ſub muliere & libertis ſeruitutẽ Romani indignè ferebant. Anno ſequenti, qui fuit ab urbe cõdita octingenteſimus, quartum cõſul factus Claudius, Gallũ quendã ſenatorię dignitatis uirum, qui Carthaginem migrarat, propere acceſſiuit, eumq́ ſe aureis compedib. alligaturũ profeſſus, dignitate tributa effecit, ne loco ſe moueret. Cum aliquãdo inſidię ei detectę eſſent, eum qui delatus erat, contẽpſit: nec ulla eius ratione habita dixit, » Pulicem non eodẽ modo quo belluam, eſſe ulciſcendum. » Alios uero multos ob Meſſalinæ criminationes, Aſiaticũ item & generum Magnũ interfecit: illum propter diuitias, hũc ob genus & gloriã, licet ob alia crimina dãnati fuerint. Cum multi ſerui ęgrotantes, planè á dominis neglecti, ædibus eijcerent: eos omnes qui ſanitatẽ recuperaſſent, liberos eſſe lege lata iuſsit. Nepoti ex Antonia filia & Cornelio Fauſto Sylla nato, cui poſt Magni cædem nupſerat, nihil decerni paſſus eſt. Verum quo ipſe moderatius, eo ſe Meſſalina & liberti eius inſolentius geſſerũt, quorũ tres potiſsimũ poteſtatem inter ſeſe partiti erãt: Calliſtus ſupplicũ libellorũ magiſter: Narciſſus ab epiſtolis, qua de cauſa * pugione accinctus erat, & Pallas fiſci prę fectus. Meſſalina uero adulterijs nõ cõtẽta, maritos quoq́ multos habere cõcupiuit, ac omnib. ſuis amatorib. nupſiſſet, tabulis cõſcriptis, niſi in primis nuptijs deprehẽſa perijſſet. Nam dum Cæſarei omnes cum ea cõſentiebãt, nihil non de cõmuni ſententia gerebatur. Poſtquam uero Polybiũ, quãuis eius etiã cõſuetudine uteretur, per calumniã interfecerat, nemine iam ei fidem habente, ab eorũ beneuolẽtia deſerta perijt. Nam cum C. Silium, Silij à Tiberio interfecti filiũ, maritũ ſibi aſcripſiſſet: nuptias magnificis epulis celebrauit, & ædes illi regias donauit, in quas precioſiſsima quæq́ Claudij ornamẽta cõgeſſerat: tandẽ etiã Cõſulẽ illũ deſignauit. Quæ cũ nota eſſent cæteris, Claudiũ latebãt. Sed Narciſſus aliquãdo peregrè abſenti, ab eaq́ remoto per cõcubinas omnia ſignificauit.

Itaq

ἅτε τοῦ Κλαυδίου τὰ συμβάντα γνωρίσαντος, ἐκεῖνος τὰ οἴκοι Οὐιτελλίῳ Λουκίῳ τῷ συνυπατεύοντι ἐγχειρίσας, ἐξεστράτευσε. καὶ πρὸς τὸν ὠκεανὸν ἀφικόμενος, ἐς τὴν Βρεττανίαν περαιωθεὶς μετὰ πλείονος παρασκευῆς καὶ ἐλεφάντων, συνέμιξε τοῖς στρατεύμασι. καὶ μετ' αὐτῶν τοῖς βαρβάροις συμβαλὼν, ἐνίκησε, καὶ τὸ βασίλειον αὐτῶν εἷλε· καὶ ἐς τὴν Ῥώμην ἐπανῆλθε, τὴν ἀγγελίαν τῆς νίκης διὰ τῶν γαμβρῶν τοῦ τε Μάγνου καὶ τοῦ Σιλανοῦ προπέμψας. μαθοῦσα δὲ ταῦτα ἡ γερουσία, Βρεττανικὸν καὶ αὐτὸν καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπεκάλεσε, καὶ πολλὰ αὐτοῖς ἐψηφίσατο. ἡ δὲ Μεσσαλῖνα ὀρχηστοῦ ἐρασθεῖσα τινὸς Μνηστῆρος ὀνομαζομένου, ἐπεὶ μήθ' ὑπισχνουμένη αὐτῷ, μήτ' ἐκφοβοῦσα ἀνέπειθε συγγενέσθαι αὐτῇ, τὸν Κλαύδιον ἠξίωσε προστάξαι αὐτῷ πειθαρχεῖν αὐτῇ ὡς ἐπ' ἄλλο τι δεομένῃ αὐτοῦ· καὶ ἐπιτάττοντος αὐτῷ τοῦ Κλαυδίου, ὅσα προσταχθείη παρὰ τῆς Μεσσαλίνης ποιεῖν, συνῆν αὐτῇ, ὡς καὶ τοῦτο ὑπ' ἐκείνου κεκελευσμένος. τοῦτο δὲ καὶ πρὸς συχνὰς ἑτέρας ἐποίει. ὡς γὰρ εἰδότος τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς καὶ συγχωροῦντος ἀκολασταίνειν αὐτῇ, ἐμοιχεύετο. Βινίκιος δὲ ὅτι μὴ ἠθέλησεν αὐτῇ συγγενέσθαι, φαρμάκῳ ὑπ' αὐτῆς διεφθάρη. ἤχθοντο δ' οἱ Ῥωμαῖοι, δουλεύοντα αὐτὸν τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς ἀπελευθέροις ὁρῶντες. τῷ δ' ἑξῆς ὀκτακοσιοστῷ ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Ῥώμης ὄντι, τὸ τέταρτον ὑπάτευσε Κλαύδιος, ὅτι Γάλλον τινὰ βουλευτὴν ὄντα, ὡς δὲ τὴν Καρχηδόνα μετοικήσαντα, σπουδῇ μετεπέμψατο, ὅτι χρυσαῖς πέδαις δήσειν αὐτὸν ἔλεγεν, εἰ τοῦ ἀξιώματος ὑπόλοιπος κατὰ τὰς χώρας ἐμμένοι. ἐπιβουλῆς δέ ποτε τῷ Κλαυδίῳ μηνυθείσης, καταφρονήσας τοῦ μηνυθέντος, καὶ μηδένα λόγον αὐτοῦ ἐποιήσατο εἰπὼν, ὅτι οὐχ ὁμοίως δεῖ ψύλλαν καὶ θηρίον ἀμύνασθαι. ἄλλους δὲ πολλοὺς διαβληθέντας ὑπὸ τῆς Μεσσαλίνης, καὶ τὸν Ἀσιατικὸν καὶ τὸν γαμβρὸν τὸν Μάγνον ἀπέκτεινε· τὸν μὲν Ἀσιατικὸν διὰ τὴν οὐσίαν, τὸν δὲ Μάγνον διὰ τὸ γένος καὶ τὸ κῦδος. ἑάλωσαν μέν τοι ὡς ἐπ' ἄλλοις τισίν. ἐπεὶ δὲ πολλοὺς δούλους νοσοῦντας, οὐδεμιᾶς θεραπείας οἱ δεσπόται ἠξίουν, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκιῶν ἐξώθουν, ἐνομοθέτησε πάντας τοὺς ἐκ τοιούτων περιγενομένους, ἐλευθέρους εἶναι. γεννηθέντος δὲ οἱ ἐγγόνου ἐκ τῆς Ἀντωνίας τῆς θυγατρὸς, ἣν Κορνηλίῳ Φαύστῳ Σύλλᾳ ἀδελφῷ τῆς Μεσσαλίνης συνῴκισε μετὰ τὸν τοῦ Μάγνου θάνατον, οὐδὲν ἀφῆκε ψηφισθῆναι, μετριοφρονῶν. ἡ δὲ Μεσσαλῖνα καὶ οἱ ἐξελεύθεροι αὐτοῦ ἐξώγκωντο, ἦσαν δὲ τρεῖς οἱ μάλιστα τὸ κράτος διειληφότες, ὅ, τε Κάλλιστος, ὃς ἐπὶ ταῖς βίβλοις τῶν ἀξιώσεων ἐτέτακτο· καὶ ὁ Νάρκισσος, ὃς τῶν ἐπιστολῶν ἐπεστάτει, διὸ καὶ ἐγχειρίδιον παρεζώννυτο· καὶ ὁ Πάλλας, ᾧ ἡ τῶν χρημάτων διοίκησις ἐπεπίστευτο. ἡ δὲ Μεσσαλῖνα μὴ ἀρκουμένη ὅτι ἐμοιχεύετο, ἐπεθύμησε καὶ ἄνδρας πολλοὺς ἔχειν, καὶ συνῴκησεν ἂν πᾶσι τοῖς αὐτῇ χρωμένοις μετὰ συμβολαίων, εἰ μὴ ἐν τῷ πρώτῳ φωραθεῖσα ἀπώλετο. ἕως μὲν γὰρ οἱ Καισάρειοι πάντες ὡμονόουν αὐτῇ, οὐδὲν ἦν ὃ οὐκ ἐκ κοινῆς γνώμης ἐποίει. ἐπεὶ δὲ τὸν Πολύβιον, καί τοι κἀκείνῳ πλησιάζουσα, διέβαλε καὶ ἀπέκτεινεν, οὐκέτ' αὐτῇ ἐπίστευον, καὶ ἐρημωθεῖσα τῆς αὐτῶν εὐνοίας, ἐφθάρη. τὸν γὰρ Σίλιον τὸν Γάιον, τὸν τοῦ Σιλίου τοῦ ὑπὸ Τιβερίου σφαγέντος υἱὸν, ἄνδρα ἐπιγράψασα, καὶ τούς τε γάμους πολυτελῶς ἑστιάσασα, καὶ οἰκίαν αὐτῷ βασιλικὴν ἐχαρίσατο, πάντα τὰ τιμιώτατα τὰ τοῦ Κλαυδίου κειμήλια συμφορήσασα ἐς αὐτήν, καὶ τέλος ὕπατον αὐτὸν ἀπέφηνε. ταῦτα δῆλα μὲν τοῖς ἄλλοις ὄντα, τὸν Κλαύδιον ἐλάνθανεν. ἐκδημοῦντος δέ ποτε αὐτῷ, καὶ μονωθέντος, ὁ Νάρκισσος μηνύει πάντα διὰ τῶν παλλακῶν τὰ γινόμενα.

ὅθεν

Meſſalinæ adulteria.

Lex de ſeruis.

Calliſtus. Narciſſus. Pallas.

** pugillares geſtabat.*

Meſſalinæ interitus.

